Anno domini millesimo ducentesimo secundo. decimo tercio die intrante Decembri, indicione quinta. In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Nos quidem Dietricus de Fontebono, Herbordus de Pertenstain, Folcherus de Dorumberg et Pelegrinus Glokkel electi arbitri et iuramento astricti a d. Pelegrino secundo Aquilegensi Patriarcha et Comite Meginardo Aquilegensis Ecclesie Advocato et fratre eius Comite Engelberto ad investiganda et cognoscenda iura et raciones eiusdem Meginardi Advocati, que pater suus Comes Engelbertus habebat tempore, quo d. Volricus Patriarcha obiit, super quibus predictus Patriarcha litem et contencionem cum predictis fratribus habebat, adhibito nobis sapientum virorum consilio, taliter processimus. De communi itaque consensu eligimus providum et discretum virum d Federicum de Chavoriaco qui nobis consuleret quos possemus adinvenire, (qui secundum consuetudinem) super predictis iure et racionibus possent iudicare. Qui siquidem bona fide nobis nominavit d. Henricum de Glemona, d. Arnoldum de Braçe, d. Conradum de Flagana, d. Heberardum de Scafenberg, quorum consilio predicta iura et raciones possemus adinvenire.

Nos ergo simul convenientes, predictos viros iurare fecimus: quod bona fide, sine fraude deberent nobis predicta iura et raciones, ut supra dictum est, iuxta quod recordari possent, integraliter significare.

Requisiti igitur per iuramentum dixerunt: quod Comes Engelbertus habebat Advocatiam ab Aquilegensi Patriarcha et in Aquilegia placitabat semel in anno una cum Nuncio Patriarche placitum Advocatie, et quidquid de placito lucrabatur cum Patriarcha dividebatur. Advocatus similiter sub se una cum Advocato Patriarche habebat, qui terram regebant et iusticiabantur et cum iidem Advocati placitabant, vadimonia in manu Patriarche Advocati dabantur, et que lucrabantur dividebantur; omnia carnificum, sutorum, tabernarum, panificum similiter dividebantur. Famulus Ecclesiarum non tenebatur coram Advocato satisfacere; sed si deprehensus fuerat in furto vel preda tradebatur in carcere Patriarche et iusticiabatur. Bona ipsius erant illius Domini qui preerat Ecclesie cuius famulus erat. Cruentum denarium habebat a Patriarcha, quem similiter dividebat. Item in Aquilegia habebat a Patriarcha de Ripatico et theloneo IIII marchas et de Clusa III marchas:

quis promisit defendere et expedire supra scriptis

et cum erat in Aquilegia, Riparius dabat ei sal ad cibum suum, et in prandio et in cena scyphum vini et scutellam cum caraubus vel pisaibus, donec ibi erat: et per singulos dies centum trivallos caparum. Aquidam Capali, cum erat Aquilegia, dabantur ligna ad coquinam et cameram suam.

Preterea in his villis habebat Advocatiam, in Agello, Iquannis, Gonar, Percoto, Utino, Budrio, Orsara, Fagania[1], in quibus Nuncius Advocati cum Nuncio Patriarche semel in anno placitum Advocatie placitabant, et quidquid lucrabantur, inter se dividebant. Has etiam Advocatus habebat raciones: In Agello IIII. modios frumenti, II. modios avone, II. oves vel XVI denarios, V gallinas, X ova. De Percoto unam vacham, cetera sicut de Agello. De Utino unam vacham, cetera ut supra. De Palazolo unam vacham, cetera ut supra. De Fagania unam vacham, cetera ut supra De Civitate II. modios frumenti; III modios avene, II oves vel XVI denarios, V gallinas, X ova. De Karsto, unam vacham, I. pellem, cetera ut supra. De Carnia IIII. vachas. De Tulmino II. vachas. Item de locis ubi forestarius erat, quidquid proveniebat, de racione forestarie terciam partem[2] habebat; et quando forestarius Cinti mutabatur, ille qui succedebat, III. marchas Advocato dabat. Cum Patriarcha habet curiam et Advocatus presens est et in curia servit, si est in hyeme, dabat Advocato hyemales vestes; in estate, estivales; et quolibet hyeme pellicium vulpinum vel unam marcham. Si aliquid dabatur Consiliariis curie, specialiter in donis pro Consilio, Advocatus habebat portionem suam. In Cinto semel in anno placitum Advocatie placitabat cum Nuncio Patriarche: et quidquid lucrabatur, dividebatur. Servitium non de iure, sed ex gratia a d. Patriarcha sibi dabatur, cum Advocatus veniebat in Civitate cum Patriarcha, Marescalchus Patriarche hospitabatur equos Advocati in villis circa Civitatem. In eadem Civitate, sicut in Aquilegia placitabatur placitum Advocatie semel in anno per se vel per Nuncium suum.

Cum Comes Engelbertus (Hengo) ibat vel revertebatur de Karinthia, aliquando hospitabatur in Tricesimo, aliquando in Castaco, in quibus villis d. Henricus de Glemona dabat ei servitium, quamvis ibi non deberet hospitari. Aliquando hospitabatur in

1) Fagangia, copia Belloni
2) Id.

... (origine germanica) che formarono poi l'aristocrazia friulana e parlamentare.

1205 15 [illegible]

Noymaco, ubi dabat ei servitium Prepositus Civitatensis, qui nunc est Patriarcha et d. Matthias de Scambenberg. Cuius tercie ferie de coquina Patriarche dabantur Advocato. In his villis Mosacensis Monasterii habebat Advocatiam in Blaguz, Ungiano et in duabus villis Vellach. In Prepositura sancti Felicis habebat Advocaciam per totum. De hisque sunt Canonice Aquilegensis, habebat Advocatiam in Mugana. De Meriano et Farra semper fuit contentio; in Ofelano[1], que Aquilegensium et Civitatensium Canonicorum est, habebat Advocatiam. Omnia Monasteria que sunt ex hac parte Tulmenti, erant in Advocatia eius et defensione, excepto sancto Nodorlico. Omnia ~~supradicta~~ supra scripta habebat Comes Engelbertus, cum d. ~~Patriarcha~~ Volricus patriarcha ~~Volricus~~ obiit. De his omnibus nos quatuor Arbitri concordamus.

De subreptis non fuit predictus Comes eo tempore in tenuta alicuius racionis vel Advocatie. Villas albergarias habebat in ~~dominicalibus~~ dominicalibus Patriarche, vassallorum et ministerialium. In territorio[2] Villaci ~~concedit~~[3] albergarias, sed si accipiebat albergarias in locis Monasteriorum, in quibus ~~ius~~ habebat ius Advocatie ~~[illegible]~~ et sine preda eas accipiebat. In bonis Monasteriorum in quibus ius habebat Advocatie, ut supra dictum est, placitum Advocatie semel in anno placitabatur. Copulam in nullo loco mittebat, nisi cum erat cum Patriarcha ~~[illegible]~~ equi mittebantur cum equis Patriarche in copula cum Marescalchis eorum. In Urgin iuxta[4] Flic non habebat ius Advocatie; nec Patriarcha Wolricus ullam habebat Advocatiam in bonis de Milstat et episcopi de ~~[illegible]~~ Babenberg et in Flic[5], in bonis ~~in Flic~~ ~~[illegible]~~ Marchionis de Atters et Marchionis ~~Albi~~ Albi nullam habebat iurisdictionem. In Prepositura Civitatensi nullum ius habebat ~~vel advocatiam~~, excepto Ofellano. Si aliquis vassallus vel ministerialis habebat in aliquibus locis Advocatiam ab ipso in feudum, nullam super his habebat iurisdictionem. Monetam non habebat. Monomachia in manu Patriarche vadiari debet et fieri coram Advocato vel Nuncio eius.

Supradicti Arbitri iuraverunt d. Dietricus de Fontebono, Herbordus de Pertenstain, Folchertus de Dorumberg et Pellegrinus Glokkel de omnibus supradictis

1) Ofelano Copia Belloni. 2) termino Copia Belloni. 3) concedit id.

4) in Urgin iuxta Flic così nella copia Belloni e Bibl. [illegible] della Bibl. civ. di Udine.

5) [illegible] Babenberg in Flic.

concordes fuerunt in stupa ~~[illegible]~~ Regenardi Gastaldi d. Patriarche apud Austriam Civitatem ~~Et~~ et hanc cartam scribere rogaverunt in presentia istorum trium testium, ~~[illegible]~~ scilicet d. Hermanni capellani d. Patriarche, Conradi de Flojana et ~~[illegible]~~ Dethalmi filii d. Andree de ~~[illegible]~~ Guarga.

Ego Petrus imperialis notarius interfui et hanc cartam scripsi rogatus.

Da copia nell' Arch. Capitolare di Udine

853

[illegible]

1760 5 [illegible]

[illegible]

[illegible] (di origine germanica) che formarono poi l'aristocrazia friulana e parlamentare.

1203, 20 Febbrajo. Udine nel castello. Vendita di un maso in Tollano al Patriarca di Aquileja.

A. D. mill. cc. III. nono die exeunte februario. indic. VI. In presencia illorum rogatorum testium. Ziliel. d. Dietrici de Novo fonte. Henrici et Otonis de Glemona. Herbordi de pentenstaine. Warneri de Cuga. Wariendi de gellaco. Iacobi de budre et aliorum.

Wodolricus quidem de glemona et Amalricus pater et filius. nomine vendicionis. et precio novem marcarum diffinito et accepto. dederunt et omni iure dominii. proprietatis ac possessionis ad proprium tradiderunt. d. pelegrino. aquilegensi patriarche. masariciam unam alodii sui. quam ipsi visi erant habere et detinere in villa de tollano. cum casis sediminibus. bagarciis. arboribus. vitibus. campis. pratis. cassenedo. pascuis. comunitatibus. in montibus et in plano. et tam in villa quam extra. et integre cum omni iure et racione. seu actione eidem masaricie in integrum [illegible] pertinente. in perpetuum ad habendum. tenendum et possidendum vel quicquid predicto d. patriarche de predicta masaricia nomine proprii placuerit faciendum. sine omni contradicione predict. Wodolrici et Amalrici eorumque heredum. promiserunt predictus Wodolricus et Amalricus per se. suosque heredes predictam masariciam ab omni homine in racione defendere et warentare predicto d. patriarche. per in brixam stipulacionem sub nomine pene dupli ipsius masaricie eiusdem bonitatis in consimili loco

Actum ante utinense castrum in bagarcio uno feliciter.

predictus Wodolricus et Amalricus hanc cartam scribere rogaverunt.

Ego petrus imperialis notarius interfui et hanc cartam scripsi rogatus.

Arch. Capit. di Cividale, Vol. III perg. 5

voti ai loro fedeli (di origine germanica) che formarono poi l'aristocrazia friulana e parlamentare.

1204. 21 Febbrajo. Gemona.

Strumento dotale di Alisia figlia di Rinaldo principe di Antiochia, maritata ad Azzo VI Marchese d'Este con l'intervento del Patta di Aquileja Pellegrino.

In nomine Domini. Anno a nativitate ejusdem MCCIIIJ Indictione VIJ die sabbati, qui fuit octavus exeunte Februario, in Provincia Forumjulij, in Ecclesia Sancte Marie de Clemona in presentia Domini Pelegrini Dei gratia Sancte Aquilegensis Ecclesie Patriarche, Uberti Dei gratia ~~episcopi~~ Vicentini episcopi, Mathei Dei gratia Cenetensis episcopi, Hermani, Waltonis, Bertholdi, Stephani cappellanorum et Scribarum supraseripti domini Patriarche, (curia patr.) Alberici Canonici Paduani, Alberti Canonici Vicentini, Manfredi Estensis Archipresbiteri; in presentia quoque Domini Wecilonis quondam Gabrielis de Camino, Warneri de Pulcrano, Frederici de Canriaga, Diabridi de Fontanabona, Frederici de Pito, Ottolini de Mainardis de Ferraria, et aliorum quamplurimum Baronum et Magnatum Lombardie, et Marchie Tarvisine atque Forijulij. (Sarebbe … Warneri … Pers.) Ibi warendavit et professus fuit Dominus Azo Estensis Marchio, se accepisse in dotem a Domina Aliz filia quondam Rainaldi Principis Antiocheni, quam in matrimonio sibi recipiebat, duo millia Marcharum argenti, de quibus exceptioni sive prescriptioni non numerate, vel extimate dotis, aut pecunie renunciavit. Unde jure pignoris et donationis propter nuptias investivit supraseriptam Dominam

Aliz sponsam suam nominativa de dotis de suis bonis et possessionibus mobilibus et immobilibus ubicumque habeat vel acquiri debeat, in electionem ipsius domine, recipiendo que valeant duplum suprascripte dotis et donationis. Et tali quidem pacto inter eos inserto, videlicet: quod si casu contigerit, suprascriptam Dominam Aliz ante suprascriptum Dominum Marchionem constante matrimonio sine communibus liberis decedere, liberum sit ipsi Domine de sola dote sua condere testamentum. Et e contra, si casu contigerit, suprascriptum Marchionem Azonem ante predictam Dominam Aliz constante matrimonio sine communibus liberis decederet, tam dos, quam donatio propter nuptias ipsi Domine restituantur, licet ex ipso prolem non susceperit, si vero heredem masculini sexus ipsis habere contigerit, dote et donatione propter nuptias deducta, et heredi ipsius Domine ipsius restituta, tota hereditas inter heredes dividatur. Si vero filium habuerit et suprascriptam Dominam Aliz premori contigerit, tota dos filie integre concedatur, preterquod quod ei pater vel frater contradiderint et propria liberalitate contulerint. Si vero suprascriptum Marchionem ante suprascriptam dominam mori contigerit et suprascripta Domina alii nupserit, dotem suam suprascriptam et donationem propter

Friuliana e parlamentare

nuptias secum transferre valeat; et filiam superstitem heres Marchionis secundum nobilitatem suam nuptui tradere teneatur. Quo facto illa dotem jus suum quod in hereditate haberet, refutare debeat. Alioquin ipsa jus suum totum secundum consuetudinem terre illius integre percipere valeat. Si vero ipsis jugalibus decedentibus sola filia superstes remanserit, tota hereditas ad ipsam revolvatur. Promisit etiam et convenit suprascriptus Marchio, suprascriptam dominam tamquam uxorem suam honeste tractare, profitendo Albertum de Baone et Albericum Rodemilio et Martinum de Mediolano et Franciscum de Calderio ad hoc nuntios fuisse. Et quicquid super his in Curia Regis Ungarici pro ipso Marchione cum ipsa Domina fecerunt et pepigerunt, firmum et ratum habuit. Qui quatuor suprascripti ad presens confessi fuerunt se ad Sancta Dei Evangelia in ipsius Marchionis anima jurasse, quod per ipsum Marchionem sic erit observatum. Et si Marchio vel ejus heres vellet malignare aut contra suprascripta pacta venire, ipsi quatuor tales viri ei resistent. Insuper confessi fuerunt suprascripti quatuor, se in propriis animabus suis jurasse, ~~quod per ipsum Marchionem~~ sic per omnia

quis promisit defendere et expedire suprascriptis

observaturos, obligando omnia bona sua jure pigno ris ob sic observandum. Preterea juravit ibi presens Manfredus comes Paduanus corporaliter ad Sancta Dei Evangelia, quod bona fide et sine fraude ea que suprascripta sunt et promissa a suprascripto Marchione, attendi faciet et observari per ipsum Marchionem et heredes ejus, ipse domine et ejus heredibus. Hoc idem juravit Schinella filius Ugolini Alberti Tergii. Hoc idem juravit et Marsilius de Cararia et omnes isti tres sunt de Padua civitate. Hoc idem fecit et Bonifatius Comes Veronensis, idem et Albericus et Petrus de Lendenaria, Vivianus Engeberii, et omnes isti quatuor sunt de Veronensi civitate. Hoc idem juraverunt Salinguera quondam Taurelli de Ferraria et Marchesinus de Mainardis et Jacobus de Fontana, et omnes isti tres sunt de Ferrariensi civitate. Preterea predictus Marchio Azzo ibidem desponsavit et anulo subarravit suprascriptam Dominam Aliz per suam legitimam uxorem, supradicto domino Patriarcha per verba de presenti ad invicem inter eos electionem faciente.

Signum manus — — — — — — suprascripti Marchionis

Signum manus — — — — suprascripte Domine qui et que jusserunt hoc fieri … … …

frontana e parlamentare

Signum pro suprascriptis testibus.... qui ad hoc rogati interfuerunt.

Et ego Bellellus glor. dni F. Romanorum Imperatoris Tabellio interfui, et hoc et alia quatuor Instrumenta in eadem tenore consonantia exinde scripsi et composui.

Ego Odolricus Imperialis Aule Notarius interfui, et me subscripsi.

Ego Bonifacius Palatini Comitis Notarius hoc exemplum ex autentico Bellelli Notarii et subscriptionem Odolrici Notarij sumpsi et relevavi, et prout in eo continebatur, nihil addens vel minuens, nisi forte in compositione literarum vel punctis plus minus scripsi, currente Anno MCCX. Ind. XIII die XVI intrante Jan. apud Este.

— — — — —

N.B. Copia dal Muratori = Delle antichità Estensi ed Italiane Volume I° a pag 379. Modena, Stamperia Ducale 1717 =.

Azzo I march. d'Este + 1194
m. .... contessa

Azzo V premorto al padre

Azzo VI March. d'Este e di Ancona
sig.e di Ferrara, Verona ecc.
morto ~~prima~~ nel 1212
m. Alisia d'Antiochia o Alice
figlia di Raimondo e di Costanza d'Antiochia.

Bravo di Albero Estense
desunto dalla citata
opera.

Aldrovandino I
March. d'Este e di Ancona
morto nel 1215

Azzo VII March. d'Este
e di Ancona morto nel 1264

Rinaldo premorto al padre
ecc. ecc.

Beata Beatrice di Este
fondatrice del Monastero di
Gemmola + 1226.

quis promisit defendere et expedire sign...
scripta

Rinaldo de Castellione francese
m. ~~Costanza~~ Costanza signora di Antiochia vedova
di Raimondo principe di Antiochia

Figlia
m. Emmanuele Impre
di Costantinopoli

Alessio Impre

Agnese
m. Bela re di
Ungheria

Americo | Andrea | Costanza m. Re di Boemia | Margherita m. con un principe di Grecia

Alisia
m.
Azzo Marchese d'Este.

Alisia dopo le disgrazie dei Cristiani in Oriente si ritirò alla corte del re d'Ungheria dove si concluse il suo matrimonio.

Giuliana e parlamentare

17

1204, 7 giugno. In Prata in casa di Almerico di Salico, presenti Ropretto di Canusso, Sifredo di Rigugna ed altri. — Uroino di Toppo investe Almerico di Salico (1) di tre Masi nella Villa di Rorai grande (de Rio Raio maiori).

(In pergamena originale nella Collezione Joppi, Udine)

Anno ab incarnatione Domini millesimo CCIIII, indictione VII, in presentia Ropretti de Canusso, Sifredi de Malla cipica, Adelpretti de Bibano, Sifredi de Rigugna, Manfredi de Pratta, Jacobini de Purcilyliis, Conradi eius fratris, Gandulfini, Hendrici de la iumenta, Guisulfi quondam de Medano et aliorum.

Uroinus de Toppo investivit ad rectum feudum Almerico de Salico de Pratta tres mansos et suis filiis nomine Bartholomeum et Hermannum et filiam suam Minigardam, unus quorum regitur per filium Corbanesi nomine Amicum et Martinum. Alio vero per Martinum de Supra Colle: tertius per Dominicum, iacentem in Villa de Rio Raio maiori et taliter eos investivit (13: Rorai grande vi è anche il Rorai piccolo.) de supra dictos mansos ut dicto Aimerico de Salico et suis heredibus masculi et femine, uno altero succedendo, insimul habeant eos cum anevello, vitibus et cum arboribus et cum campis et pratibus, et cum cappulo, et pascullo, cum venationibus, et piscationibus et cum omnibus racionibus eos mansos pertinentibus

(1) Aimerico di Salico è il capostipite della Famiglia Fontana di Pordenone, estinta nel secolo XVIII.

quis promisit defendere et expedire supr... seri...

. . . . . ad rectum feudum et faciant ex eos quicquid iure rectum feudum melium visum fuerit facere. sine omnibus contradictione memoratus Uroinus et suorum heredum. ad hec promisit dictus Uroinus per se et per suos heredes ipsi Aimericus et suorum heredum per stipulatione. ab omni homine defensare sicut pro tempore fuerit (ni) melioratos aut plus valuerit in consimili loco Staurum prestabit arbitrum boni viri. et dedit ei verbum iure rectum feudum tenutam intrandi suam auctoritatem, et ibi incontinenti dictus Aimericus de Salico cum suis filiis prenominatis fecerunt omaticum dicto Fruigo ut vasallos Domino suo.

Actum est in domo Aimerici de Salico in Prata die VIII intrante iunio et in supra omnes prenominati testes ab utraque parte fuere dati et rogati in testimonio.

Ego Johannes Sacri Imperatoris F(ederici) notareus inter fi. et rogatus scripsi.

1205 15 ...

1204 ... Civid. ...

Pergamena originalis ...

Ego Wolricus camerarius Civitatensis ecclesie dedi Domino meo duo mensalia que missa fuerunt Aquilegiam per Dnum henricum sacerdotem et capellanum.

Item per Ropretum camerarium misi Domino meo toualeam et tunicam et unam warnaciam de zambalot. Item dedi Domino tres wadulas. Item dedi hernerdo baculum grossum de tilia.

Item dedi decano aquilegensi et camerario aquilegensi omnia privilegia Domini mei ipsam ecclesie aquilegensis. Item dedi Widoni duo padalachia et duo candelabra argentea. Item dedi widoni in presentia Domini mei pellicium mardrinum et duo bursas[1] sereca coram Sti bottone, ruperto et henrico et conone. Item dedi eidem duo manutergia et unam cruchilam in presencia magistri rinaldi liupoldi et janis nesenarii. Item dedi eidem pulvinari coopertum cum samito. Item dedi eidem in octavis sancti andree VI mensalia et unum copertorium mardrinum in presencia hermanni capellani, pelgrini et mesanariorum. Item misi Domino meo in sequenti dominica post recessum eius per sutiferum widonis in presencia domini leonardi sacerdotis, domini emich et kardi et warnardi matutinale, crucem cum baculo et mardrinas pelles. Item dedi decano unum mensale et unum manutergium in presencia martini rigot, conradi putul.

1) ? Sti baptista

quis promisit defendere et expedire ...

walconi. rinaldi. pasarini. conradi potine. Item contuli Me
genardiis tria mensalia, tria manutergia unum canopeum
sericum unam purpuram unam avilanam de india (+)
X ulnas linei panni et scapham de corio cum lapidibus et duo
coclearia que dedit domino marquardo de pentensteyn et VIIII
coclearia argentea et IIII futellos in presencia domini johannis de
zucula, marquardi de pentensteyn. wolrici de cucania. folkeri
de reytoyba. marquardi de rectenperk. conradi de pertica.
Jervaldi. pirusii possessoris. leonardi sacerdotis roperti sa-
cerdotis. Arii. ligardi et luipoldi. Item feci fieri de XX
pellibus mardirinis pellicium domino meo et leonardus ce-
lerarius aquisivit gottefridum qui paravit illud pelli-
cium et dati fuerunt s. XII d. -

1205 15 Aprile. Cividale ...

1205, 13 Marzo. Cividale. Dono di un maso in Cassacco al Capitolo di Cividale.

A. D. mill. cc v. xiii. die intrante marcio. indic. VIII. Nos quidem Purcardus. Henricus. Zan. et Hermannus. quia constat nos vendidisse masariciam unam alodii nostri quam visi eramus habere ac detinere in villa de Cassaco D. Artuvrico sacerdoti precio octo marcarum d[enariorum] finito et accepto. Idcirco rogatu et parabola ipsius D. Artuvrici in prefati dancis. et cum iure dominii. proprietatis ac possessionis ad proprium tradimus predictam masariciam. ecclesie S. Marie austrie civitatis et eidem ecclesie decano et cannonicis ibi deo servientibus. cum casis, sediminibus. curie. orto. bagarcio albaris. vitibus. campis. pratis pascuis et comunitatibus. tam infra predictam villam quam extra. et omni iure et racione eidem masaricie in integrum pertinente in perpetuum. ad habendum. tenendum. et possidendum. vel quicquid predicto decano et cannonicis de predicta masaricia nomine proprii ad utilitatem dicte ecclesie placuerit faciendum. sine omni nostra et heredum nostrorum contradicione: cum stipulacione interogat. promittimus nos qui supra diximus Purcardus. Henricus. Zan. et Hermannus fratres. per nos nostrosque heredes predictam masariciam ab omni homine in racione auctorizare dicte ecclesie et eius decano et cannonicis sub nomine pene dupli ipsius masaricie eiusdem bonitatis et extimacionis in consimili loco.

Actum in maiori ecclesia austrie civitatis feliciter

predictus Purcardus. Henricus. Zan et Hermannus hanc cartam scribere rogaverunt,

huius rei rogati sunt testes D. henricus de Vilalta Lodowicus de Lavariano. Iohannes de Zucula. Marquardus de Marzut Henricus cerdo Warnerius Aclinculi. Iohannes de Orsaria.

quis promisit defendere et expedire sup... scribere

Wodefalcus ~~[illegible]~~ prantarver. Wolveradus rufardus et alii.

Ego petrus conp. auct. notarius interfui et hanc cartam scripsi rogatus.

Arch. Capit. di Cividale, Vol. III. perg. 9.

1205, 15 Aprile. Aquileja. Alberto Maurdario vende un suo allodio in Aquileja al capitolo di quella Chiesa.

» 16 Aprile. Cervignano. Il predetto venditore dichiara d'aver ricevuto il prezzo di tale vendita.

» 16 detto. Bilianal. Altra ricevuta del venditore

24

In nomine domini jesu christi. Anno domini M. CC. V. Indic. VIII. die ve
neris. In presentia Ade subdiaconi Peregrini et Martin acolitorum. Fulkeri
iuvenis de dorembarch. Wernardi de gorig. Ebruni gastaldionis. Leonardi
de vendoy. Mathei de puteo veneti. Wezili de iunie. Vorlici filie
domine Alron. Aldecherii veneti et aliorum.

Albertus Maurdarius et Worlicus et Conradus eius filii, et in presentia
et consensu et voluntate comitis Mainardi advocati aquilegensis ecclesie
pro se et suis heredibus ac propinquis vendiderunt et tradiderunt quandam
suam possessionem de alodio que est sita in aquilegensem casatam et non casatam
cum omni actione pertinente suprascripte possessioni per proprium et in
proprium et in iure proprietario Maiori Canonice aquilegensis ecclesie et
eiusdem canonicis et ad usum canonicorum ita quod prefata canonica et eius
canonici habeant potestatem vendendi donandi alienandi commutandi et
quicquid tamen facere voluerint sine contradictione suprascriptorum ven
dentium et suorum heredum. Et ibidem prefati venditores fuerunt con
fessi se recepisse nomine venditionis pretium XXXV marcarum fri[sacen]
sis monete a predicta canonica pro suprascripta possessione et supra
scripti venditores pro se et suis heredibus promiserunt defendere et expedire
predictam venditionem et possessionem ab omni homine sub pena dupli supra
scripti precii prefate canonice et cui dare voluerit. Et si aliquis per
aliquod ingenium fraudulenter ire temptaverit aut presumpserit contra
hanc constipulacionem huius carte persolvat penam suprascriptam et eius requisitio

ditor pro se et suis heredibus ac propin-
quis promisit defendere et expedire supra
scriptas

frisacensis monete a predicta canonica pro supradicta possessione.
Et idem suprascriptus venditor pro se et suis heredibus ac proprio
Eius promisit defendere etc. sub pena dupli etc.
confinia predicte possessionis hec sunt. unus campus firmat in via
publica. alium campum firmat in possessionem Johannis Wauce
alium campum firmat in possessionem Johannis de Rasorano et pre
dicti Johannis Wauce. alium firmat in possessionem domine Aurie.
alium firmat in possessionem henrici de Glemona. alium firmat
in possessionem q. Leonardi de petris. Actum in foro julii
in loco qui dicitur beliana. XVI. die intrante aug.

Ego magister Albertus q. peregrini etc.

Arch. Capit. di Cividale. Vol. III perg. 41.

1205, 10 aprile. Belanno Alberto Mauedano vende un suo possesso allodiale in Aquileja al capitolo coll' assenso del conte Engelberto di Gorizia

21

In Nomine Domini Jhesu Xpi. Anno
Dni 1205. Ind. VIII. Die Sabati in pre-
sentia Conradi de Gubanen. Aulrici de
Castellin. Bartholomei de Castellin. Meliora-
ti de Cucani. Federici de Belgrado. Rapoti
de Gorizia et aliorum. Albertus Mauerda-
nus presente Comite Engelperto de Gorizia
et assensu et voluntate ejusdem Engelperti
pro se et suis heredibus ac propinquis
vendidit et tradidit quandam suam Possessio-
nem casatam et non casatam de Alodio
que est sita in Aquilegia cum omni actione
pertinente suprascripte Possessioni per pro-
prium et in proprium et in jure proprie-
tario majori Canonice Aquilejensis Eccle-
sie et ejusdem Canonicis, et ad usum Ca-
nonicorum itaquod suprascripta Canoni-
ca et ejus Canonici habeant potestatem
deinceps vendendi alienandi commutandi
sive impignorandi prefatam Possessionem
et quicquid inde facere voluerint sine
contradictione suprascripti Venditoris et suo-
rum Heredum. et prefatus Albertus ibi fuit
confessus se recepisse precium nomine
et re venditionis XXXV. Marchas Frixacensis
Monete a predicta Canonica pro suprascri-
pta Possessione. Et idem suprascriptus Ven-
ditor pro se et suis heredibus ac Propin-
quis promisit defendere et expedire supra-
scriptam

scriptam Possessionem ab omni homine sub
pena dupli suprascripti pretij Canonica su=
prascripte et ei dare debeant. Et si aliquis
per aliquod ingenium fraudulenter aliquo
tempore in lamen temptaverit aut presum=
pserit contra hanc constitutionem hujus
Carte persolvat penam suprascriptam et
ejus requisitio nil valeat et quod factum
est permaneat ratum et firmum. Confi=
nia predicte Possessionis hec sunt. unum
~~Campus~~ Caput firmat in via publica. alterum ~~Cam=~~
~~pus~~ caput firmat in Possessionem Johannis Ma=
ce~~rae~~. alium ~~Campus~~ Caput firmat in Possessio=
nem Johannis de Persanino et predicti
Johannis Macre. alium firmat in Possessio=
nem Dni Aurie. Alium firmat in Possessio=
nem Henrici de Glemona. alium firmat
in Possessionem Q.m Leonardi de Pelmis.
Actum in Foro-julij in loco qui dicitur
Palmana XVI. die intrante April.
S. N. Ego Mag.r Albertus Dni Peregrini Patriarche
Notarius interfui et rogatus hanc Cartam
scripsi et corroboravi.

1205. Francoforte. Lettera di Filippo Re de' Romani al Patriarca Volchero di Aquileja la sentenza di restituire al possesso il Capitolo di Cividale de' beni a lui contrastati da Corrado di Sacile:

Philippus romanorum rex et semper augustus dilecto principi suo W(olfkero) Patriarche gratiam suam et omne bonum

Conquerente Civitatense Capitulo accepimus quod cum olim controversia verteretur inter Capitulum et C(onrado) de Sacilo super quadam possessione facienda in villa de Salegano. Canonici eandem causam Got(efredo) Patriarche predecessori tuo debito termine terminandam ab apostolica sede impetraverint commissa in eius presentia, ut canonici asserunt partibus legittime citatis possessiones predictas canonicis fuerat adiudicata, cui sententie cum supradictus C. nollet obedire a Patriarcha apostolica auctoritate excommunicatus. Unde si ita est auctoritate nostra damus atque in iungimus quatenus decernere . . . . . . – et super quos canonici conquesti fuerint a . . . fretus eis satisfaciens possessionum eam causa deb . . . (finem) imponas.

Datum Francofurti anno MCCV.

Da copia fatta nel secolo XVIII da pergamena or oggi perduta dall' Arch. Capit. di Cividale.

Arch. Capit. di Cividale Vol. III delle pergamene N. 60

S. N.

1205. Luglio. Windischgraz. Wolfkero patriarca di Aquileja conferma la trasformazione della Certosa di Geirach (Girium) in una Prepositura di Regolari, mediante il Capitolo di Gurk, conferma il preposito Corrado e concede a quella Chiesa il libero diritto di sepoltura.

In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Nos quidem Wolfkerus dei gratia sancte Aquilegensis sedis patriarcha notum esse volumus universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod, cum ecclesia de Girio in Aquilegensi diocesi sita in fundo videlicet Gurgensis ecclesie ordine Kartusiensi penitus destituta fuisset et ibidem prepositus regularis per Gurgensem episcopum et capitulum suum auctoritate antecessoris nostri ordinatus idem prepositus dilectus in Christo filius noster Conradus cum litteris ipsorum ad nos accedens petiit, ut quod ab ipsis pie institutum fuerat, a nobis eciam confirmari mereretur. Eademque institutione a nobis confirmata dictum Conradum auctoritate nostra denuo ibidem constituimus de consilio venerabilium fratrum nostrorum Concordiensis W[olderici] et G[ebhardi] Tergestini episcoporum et aliorum prepositum regularem. Ad cuius peticionem et instanciam eidem ecclesie de consensu plebani Wargendi in cuius territorio plebes fundata est, liberam sepulturam indulsimus et concessimus salvo iure parrochiali, ita, quod de his qui defuncti ibidem tumulati fuerint, medietatem ipsa ecclesia et medietatem parrochialis ecclesia percipiat. Et ut firma permaneant supradicta, presentem paginam scribi fecimus et nostri sigilli impressione muniri. Acta sunt ista anno domini MCCV, indictione VIII, mense iulio, aput Grez in curia plebani.

Ego Stephanus Aquilegensis ecclesie dictus magister scolarum de ipsius domini patriarche mandato hanc cartam scripsi sigillavi et dedi.

Da questa pergamena pende il sigillo ~~cereo~~ ogivale appuntato (75 per 50) del patriarca. Questo, mitrato, siede sul faldistorio, la mano destra rialzata in atto di benedire, la sinistra il pastorale. Leggenda: + Wolfkerus. Di. gra. sce. Aquilegensis. Patha.

1) Ekkeardo.

Dall'opera: Monum. Histor. Carinthiae Klagenfurt 1890. N. 410. pag. 300

~~N. 410~~ p. 300

1205. 3 Novembre – Roma – Papa Innocenzo III commette al vescovo di Feltre l'esame della questione mossa dal pievano e vicinia di Forno inferiore contro la vicinia di Forno superiore per i diritti battesimali della Chiesa di S. Maria ab antiquo posseduti da quest'ultima villa – (V. 1206 - 8 9bre)

Innocentius episcopus servus servorum Dei. Venerabili fratri Feltrensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Dilecti filii Varaerius et D(ocatus) de Vico procuratores vicinie superioris Furni suam nobis querimoniam transmiserunt quod cum in ipsa vicinia in honorem Beate Virginis ecclesia constructa fuerit ab antiquo que fontes habuerat a primordio baptismales, nunc homines de villa sita inferioris Furni cum F. plebano eiusdem loci prope viciniam ipsam aquileiensis Diecesis eamdem ecclesiam jure baptismali privare nituntur. Verum quia nobis non constitit de premissis, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus, inquisita super his diligentius veritate, quod canonicum fuerit, appellatione remota, decernas faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint vocati si se gratia, odio, aut timore subtraxerint simili districtione appellatione remota, compellas veritati testimonium perhibere. Datum Rome apud sanctum Petrum. iij non. Novembris pontificatus nostri anno octavo.

sita?

prope? ...

Sp. Innocenzo III fu eletto adì 8 gen° 1198, per cui la bolla venne data al 3 9bre 1205.

L. S.

S (forse hec)

Et ego Goregus notarius domini Henrici imperatoris h. ut in autentico domini PP.e inveni et reperii nihil addens aut minuens quod sententiam mutet nisi forsan punctum vel litteram exemplavi meoque sigillo corroboravi.

Da perg. orig. nell'arch. della Fabbriceria di Forni di Sotto.

NB: Veggasi la sentenza 1206 - 8 9bre Belluno

1206, 9 Agosto. Cividale: ~~Donazione~~ Vendita di Natale e Rosila ingali di sedime in Cividale verso censo annuo ad Everardo di detto luogo.

25

A. D. M.CC.VI. nono die intrante agusto. ind. nona. In presencia ~~[illegible]~~ illorum rogatorum testium scilicet hermanni filii Jacobi Leonardi. Dietrici cellerarii. Johannis de Zuliano. Wolverardi de rivo. Henrici filii hittrani. Fede=vici tosola.

Natalis quidem et Rosila ingales pro se suisque heredibus dederunt heuerardo et eius heredibus sedimen unum in austria civitate iuxta domum d. Wodolrici ad super edifficandum. ita quod dictus heuerardus et eius heredes debeant dare dicti sediminis nomine pensionis gracia in purificacione sancte Marie. VII. denarios aquilegensis monete predictis ingalibus et eorum heredibus et hoc sub pena dupli. et si quandoque dictus heuerardus vel eius heredes. dictum sedimen cum supra positis casis vendere voluerit eam dictis ingalibus emere volentibus octo denariis minus quam ab alio precio distrahere debeat. quod si emere noluerint. tunc eum liceat eis vendere et donare cui voluerint. excepta ecclesia. servo et famulo inter pedes qui dictis ingalibus et eorum heredibus teneatur sicut ille eis tenebatur qui vendiderit promiserunt predictus Natalis et Rosila cum stipulacione interogati pro se suisque heredes predictum sedimen ab omni homine auctorizare dicto heuerardo et eius heredibus et ut supra legitur firmum tenere sub nomine pene. v. mancarum. Actum in foro austrie civitatis feliciter.

Ego petrus imperialis notarius interfui et ab utraque parte rogatus hanc cartam scripsi.

✝ [illegible]

Arch. Capit. di Cividale, Vol. III. pag. 160.

[illegible]

1206, 29 Agosto. (Cividale) Redditi della Prepositura di Cividale in più ville. 26

A. D. M. CC. VI. indictione nona. tercia die exeunte Augusto. Henricus prepositus Civitatensis accedens ad villam Ozolani. per sacramentum interogavit decanum et iudicem. que essent bona prepositure civitatensis. qui habito consilio cum senioribus ville dixerunt quod. XII mansi solvunt fictum et XIIII non solvunt. Nomina eorum qui in ipsis mansis morati sunt sunt ista. In villa Lepéi. mansus motog... mansus Magur. mansus Rodoslavi. mansus Stoian. mansus Cernegoy. mansus .... mansus Pribuh. In villa Presnan mansus Sabatini. mansus mirigoy. mansus Stanegoy. mansus Staney. In villa Ozolani. mansus Stane mansus Stanos. mansus Cristan. mansus Sabadyn. mansus Racislau. mansus Woyrach. mansus Gedri mansus Pribise mansus Goyne. mansus hein. mansus Ratchoy. mansus Borzeta. In villa Locsich mansus Stan... mansus Marchore. mansus Sdagoy ... omnes equalem reddunt fictum ipsius in festo S. Georgii 1 agnum. in festo S. Danielis 1. ovem. in nativitate S. Marce .1. sextarium frumenti et. 1. sextarium avene. et. 1. pistale formenti qui est gastaldionis. et. II situlas vini in vindemmidiis (sic). ex quibus. VI. sunt urna una que sunt etiam gastaldionis et. 1. porcum in festo S. Andree ex quibus unus porcus datur decano civitatensi. decano laico de porta S. Petri. datur unus sunt Martinus gastaldio dixit et unus molendino de vait. et unus molendino de Pusterla Aree de Ponte dant vero unus decimario et alter bubulco. Aree de Premeraco dant. III ex quibus unus datur preposito et. II canonicis. IIII. dantur in canonica et. IIII. preposito ad manutendum. scilicet. porci armariorum

debent nutriri de furfuribus prebendarum. In festo S. Jacobi quilibet mansus dat partes[1] de frumento secundum possibilitatem suam. et post vindemiam dat partes vini secundum possibilitatem suam. prepositus conducit vinum et rustici frumentum. Quilibet mansus habet domum in cimiterio. sedimen in villa et prata et agros. Isti sunt mansi qui inventi sunt infeudati. dominus Nosalus primulyn tenet aput Witenburc. VI. mansos. Isti sunt massari qui residerunt in eisdem. mansus... Sabatyni. mansus Sdechne. mansus Sabatini. mansus Sodnoy. mansus Gotislau. mansus Preslau. In Osslano. habet Walterus de Rotoyba. I. mansum in quo resedit Stanos. Meinardus de Selcano. tenet eciam unum in eadem villa. Wariendus de Selcano tenet in feudum a preposito. II. mansos in Osslano. scilicet mansum Mathei. et mansum Mirigoys. Petrus habet. III. mansos in villa Lepey.[2] mansum Rotoge. mansum Slauche. mansum Godislie.

Urk. Capit. d. Cividale. Vol. III pag. 12.

1) primalis?

2) o Leparis?

1206. 8 Novembre – Belluno. – Sentenza di Turisino Vescovo di Belluno e Feltre per la quale la pieve di Forno inferiore è confermata tale e battesimale; il battesimo poi nel Sabbato Santo e Pentecoste deve celebrarsi dai sacerdoti di Forni Inferiori in quella di Forni Superiore. (V. 1205. 3 9bre).

Anno Domini Nostri MCCVI. Indictione VIIII, die mercurii VIII intrante Novembre. Dominus Turisinus Belunensis Feltrensis episcopus talem in scriptis protulit sententiam dicens: In nomine Domini. Nos quidem Turisinus Dei gratia Belunensis Feltrensis episcopus ex delegatione Domini Innocentii Summi Pontificis cognoscentes de lite que vertebatur inter Warnerium et Donatum sindicos auctores et procuratores hominum et comunitatis Furni Superioris ex una parte et Dominicum et Walterium sindicos auctores et procuratores hominum Furni Inferioris vice et nomine hominum et comunitatis Furni Inferioris ex altera defendentes nec non et contra predictos sindicos et procuratores Furni Superioris vice et nomine ejusdem loci vicinie agentes super talibus questionibus videlicet: agebant prefati Warnerius et Donatus sindici et procuratores Furni Superioris vice et nomine sue vicinie contra predictos Dominicum et Walterium sindicos et procuratores vicinie Furni Inferioris et firmiter dicentes ecclesiam Sancte Marie de Furno Superiori plebem esse et matrem atque caput omnium aliarum ecclesiarum tam de Inferiori Furno quam de aliis locis illius pertinentie nec non de jure ab antiquo fontem a primordio habere baptisterii. proponentes etiam homines et viciniam Furni Inferioris prefate ecclesie Sancte Marie de Furno Superiori tamquam plebi sue obedire et ab ea crisma et baptisterium recipere et alia que a plebibus consueverunt. Prefatis quoque Dominico et Walterio

sindicis et procuratoribus vicinie Furni Inferioris vice et nomine ipsius sue vicinie defendentibus penitus omnia que contra ipsos et viciniam Furni Inferioris per prefatos sindicos et procuratores Furni Superioris fuerant proposita inficientes et contra ipsos de Furno Superiori firmiter proponentes et dicentes ecclesiam Sancte Marie et Sanctorum Ioannis et Martini de Inferiori Furno plebem esse et matrem atque caput omnium aliarum ecclesiarum tam de Inferiori Furno quam de aliis locis illius pertinentie et de iure ab antiquo fontem habere baptismalem et omnes quos alie plebes consueverunt honores habere. Hec et alia inter se vicissim allegabant. Unde visis et auditis alegationibus, attestationibus, confessionibus atque rationibus partium et diligenter ac subtiliter inspectis, habito complurium sapientum consilio et facta deliberatione prefatos Dominicum et Walterium sindicos et procuratores vicinie Furni Inferioris vice et nomine hominum et vicinie Furni Inferioris a petitione prefatorum Wernerii et Donati sindicorum et procuratorum vicinie Furni Superioris vice et nomine vicinie Superioris Furni in scriptis absolvimus pronunciantes ecclesiam Sancte Marie et Sanctorum Ioannis et Martini de Furno Inferiori plebem et baptismalem ecclesiam esse ita quod nihilominus solemne baptisma in Sabbato Sancto et in Pentecosten per sacerdotes ecclesie Inferioris Furni in ecclesia Sancte Marie de Superiori Furno debeat celebrari.
Datum in civitate Belunensi in solario Belunensis canonice. Testes interfuere Dominus Balduinus de Servano Belunensis canonicus, Dominus Iacobinus Belunensis canonicus

Dominus Lazarus Belunensis canonicus, Presbyter Virgilius Saracenus de dollone, Bernardinus et Tassina de Castello, Pillo de noxada, Widolinus de Castellione, Albertinus de Turre, Widolinus de Cusa, Johannes notarius de Feltro, Bastianus notarius, Curtius notarius, Zantanus de castello et alii multi.

L. S. Et ego Albericus Sacri Palatii notarius interfui et jussu prefati Domini Episcopi hanc sententiam scripsi.

Da perg. orig. ~~Dell'~~ archivio della ~~chiesa parrocchiale di Forni Avv.~~ Fabbriceria della Chiesa parrocchiale di Forni Avv.

N.B.: Veggasi la bolla Pontificia della commissione 1205. 3 Novembre - Roma

1206, 11 novembre. Aquileia. Pietro di Aquileja abitante in Cividale vende ad Adalgero Decano ed al Capitolo di Aquileja un suo allodio fuori di Aquileja per sei marche di frisachensi ed un anniversario.

Da copia di mons. Francesco Florio nella Bibl. Florio in Udine Vol. I MSS, tratta dall'originale in pergamena, già nell'Archivio Capitolare di Aquileja.

In nomine Domini Jesu Christi. Anno Domini MCCVI, indictione nona die sabati. In presentia Johannis thesaurarii Aquilegensis Ecclesie, Thomasini, Johannis, medici canonici aquilegensis, magistri Laurentii. Dietalmi de Sfor, Bartholomei et Viti advocatorum. Johannis Roperti iudicis. Petrus aquilegensis qui moratur Civitati de Foro iulii pro se et suis heredibus vendidit et tradidit quamdam suam possessionem de alodio sitam in Aquilegia non multum distantem a molendinis patriarche extra portas Aldegerio Decano Aquilegensis Ecclesie, vice et nomine capituli Aquilegensis pro pretio sex marcarum frisacensis monete cum omni iure, et actione pertinente suprascripte possessioni. et liceat capitulo eandem deinceps vendere donare et comutare et quicquid inde facere voluerit sine contradictione Petri suprascripti et suorum heredum. et promisit eandem venditionem firmam habere et nunquam retractare et actionizare ab omni homine sub pena x marcarum puri argenti. et fuit confessus idem coram testibus suprascriptis se recepisse plenam solutionem prefati pretii et renuntiavit exceptionem numerate pecunie. et dedit prefatum Bartholomeum quod poneret Aldegerium in corporalem possessionem. et promisit Aldegerius pro se et Capitulo suprascripto facere anniversarium prefato Petro et sue uxori Lazare sep. et si aliqua persona fraude mali ingenii voluerit frangere quod superius scriptum est persolvat penam suprascriptam. et quod factum est permaneat in sua firmitate. Actum Aquilegie in domo Alberti medici. XI die intrante novembre.

Ego magister Albertus Domini Peregrini aquilegensis patriarche notarius interfui et rogatus ex utraque parte hanc cartam scripsi et corroboravi.

23 giugno

1206. (Anno VIII di Innocenzo). Norimberga – L'Imp. Filippo investe dei diritti regali della chiesa di Aq. l'Abbate Volchero spedito in Alemagna con incarichi della sua Chiesa con dichiarazione che siccome Principe d'Italia non poteva costringersi a ricevere l'investitura in Alemagna, la quale poteva concedersi senza pregiudizio se non chiamato fosse venuto a riceverla.

E[illegible] CXXV [illegible]

[illegible] IX N 12[illegible] [illegible]

[illegible] Romanorum rex et semper Augustus [illegible]

digne [illegible]

[illegible]

Unde est quod cum habere videatur ratio quod Patriarche Aquilegensis Ecclesie [illegible] quod sicut Principes [illegible] ne recipiendi [illegible]

[illegible] in Alemanniam citari non debeant, contigit tamen quosdam ex ipsis in dictis partibus investiri. [illegible] vero Volcherus Patriarcha [illegible]

[illegible]

[illegible] Alemannia [illegible]

[illegible] memoriam [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] D. Philippi II [illegible]

[illegible] VIII.

[illegible]

Extat etiam in bibl. s. Danielis, Fontaniniana VIII. 229.

1207. (Ind. X ... 6 ott. ... Erfordiae) — L'imp.re Filippo in premio dei servigi di Volchero ... e per imitare i ... predecessori che dotarono la Chiesa d'Aquileja cede al Patr.ca con tutti i diritti e possessi il castello di Monselice — ... (... II 1214 ... conferma)

Dalla copia in pergamena fatta il 26 aprile 1303 ... de Fran...

In nomine sancte et individue Trinitatis. Phylippus secundus divina favente clementia romanorum rex et semper augustus. Regalis excellentie nostre munifica benignitas que votis fidelium suorum et operationibus diligentia sua piaffectu consuevit occurrere ... eorum affectui ... fidelibus suis quorum fides et devotio non est aliquibus contenta finibus sed ex fervore ... dilectionis ad actus prodit exteriores ita quod ipsi etiam mille rerum et personarum se formidant subponere periculis, gratie nostre solet impartiri largitatem ut ipsi a munificentia nostra beneficia recipiant desiderata. Hinc est quod nos frequenter habentes in memoria multa fidei et devotionis obsequia que dilectus fidelis noster Volcherus Patriarcha Aquilegensis in multis persone sue laboribus in ... quoque rerum suarum expensis nobis hactenus exhibuit et que ... exerit nobis et imperio deinceps exhibiturus animadvertentes etiam quod ... [illegible] memorie Imperatores Augusti eandem ecclesiam magnis et amplis redditibus dotaverunt et honore detentionis ... altare ... [illegible] propter Deum tum propter multa et magna servicia Imperio ab eadem Ecclesia exhibita, nos ex regia maiestatis gratia que dives est in omnes et habundans memorato Patriarche et Ecc. Aquil. cui ipse nunc auctore Deo presidet liberaliter et benigne de certa scientia damus concedimus atque confirmamus iure proprietario quoddam Castrum situm in Marchia Veronensi in Episcopatu Paduano scilicet videlicet Montem silicis cum omni iure suo et omnibus possessionibus suis, vineis, terris cultis et incultis, silvis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, piscationibus, venationibus, introitibus et exitibus sicut ipsum possidet Imperium et quicquid iuris in illo castro et in illis castris hominibus,

vasallis vel cuiusque conditionis personis Imperium habuit nomine feudi vel proprietatis. Quicquid etiam iuris in eo nos vel antecessores nostri nomine Imperii habere consueverunt iam dicto Patriarche et ecclesie Aquilegiensi tradimus concedimus et confirmamus in perpetuum. Hac tamen interiecta conditione ut nec idem Patriarcha qui nunc est nec aliquis successor hec ab Eccl. Aquilegensis alienet. Quod si unquam factum casu aliquo fuerit sepedictum castrum cum omnibus pertinentiis suis ad dominium Imperii revertatur. Statuimus igitur et regio districtu firmiter precipimus atque sancimus ut nulli unquam persone alte vel humili ecclesiastice vel seculari hanc nostre donationis seu confirmationis dominicalem paginam liceat sit infringere seu aliquo temeritatis ausu obviare. Quod qui presumpserit ... libras auri purissimi in pe... presumptionis penam componat. Quarum medietas fisco nostro, residua vero medietas iniuriam passo persolvatur. Ut autem h... ... nostra rite et rationabiliter facta memorate Ecclesie firma et inviolabilis in evum permaneat paginam presentem exinde conscribi et ... maiestatis caractere iussimus consigniri.

...es autem hujus ... sunt Eberardus Salzpurgensis archiepiscopus, Albertus ... archiepiscopus, Conradus ... Episcopus, Conradus ...ensis Episcopus, Egbelardus ...burgensis Episcopus, Bernardus Dux Saxonie, Henricus Comes Palatinus Reni, Hermannus Langravius Turingie, Diedericus Marchio Misnensis....., Conradus Marchio Orientalis, Ludovicus Dux Bavarie, Bernardus Dux Carintie, Comes Burchardus de Manensfelt, Burgravius de Maydenburch, Comes ... de Bichilingen, Comes Lambertus Comes Gunterus et frater ... de Hevenberch, Comes Regnardus de Gorzze, Henricus ... de Valpene Henricus Marscalcus de Kallendin, Henricus de Malnekke, Valterus pincerna de Schyppe, ... rectorum et ... Metropol..., Henricus ... Prepositus, ... Prepositus Leonardus ... archidiaconus, Bernardus ... archidiaconus, Bernardus de ... ... et alii.

eiusdem Ecclesie ministeriales, Rodulfus de Tricano, Welenricus de Fonte bono, Hermannus de Portis et alii quamplures.

Signum Domini Philippi secundi Romanorum regis invictissimi

Ego Conradus Ratisponensis episcopus et regalis aule cancellarius recognovi

Acta sunt autem hec. Anno dominice incarnationis MCCVII, regnante domino Philippo secundo Romanorum rege gloriosissimo, anno regni eius nono.

Datum apud Erfodiam per manus Siuridi regalis aule prothonotarius. pridie nonas octobris.

1207. 6 Ottobre. Erfurt. L'imperatore Filippo dona a Wolfkero Patriarca di Aquileia il castello di Monselice.

Ficker

ichs - und rechtsgeschichte

In nomine sancte et individue Trinitatis. Philippus Dei gratia Romanorum Rex ~~sem~~
semper Augustus. Regalis excellentie nostre immensa benignitas. . . .
plinet quod nos frequenter habentes in memoria multa fidei et devotionis obsequia
que dilectus fidelis noster Wolfgerus Patriarcha Aquilegensis in multis persone sue la=
boribus in gravibus quoque rerum suarum expensis nobis et Imperio scimus exhi=
biturum, animadvertentes etiam quod predecessores nostri incliti memorie Ser=
vatores Ecclesiam eandem magnis et amplis redditibus dotaverunt et hono=
decenti ~~exaltare~~ curaverunt ~~tum~~ propter Deum, tum propter magna servicia
Nella scarsezza di notizie sull'origine delle Famiglie le più illustri in Friuli per nobiltà, è ventura imbattersi in carte che diano qualche guida a studi resi difficili dalla perdita di memorie tanto remote e dall'adulazione che vi ha supplito inventando od alterando documenti. Fra le importanti pubblicazioni dell'Accademia di Vienna (1) vi ha il *Codex Wangianus*, che componesi di una raccolta diplomatica riguardante il Trentino. Contengonsi in questa, nove atti dall'anno 1210 al 1212 aventi attinenza col Friuli, che è buona cosa siano tra noi conosciuti. Trattasi in essi della vendita al Vescovo di Trento del Castello di Beseno nella valle Lagarina e di un molino in Calliano, fatta dagli eredi di Enrico di Manzano detto anche di Beseno. In questi figura Lodovico di Lavariano o di Straso (Srassoldo) quale procuratore della moglie sua Adeleita figlia al sopranominato Enrico di Manzano. Questo Lodovico non può essere certamente il *Luodowicus de Lauriano* testimonio ad una donazione al nuovo monastero di Obremburch nel 1140, (2) che è il più antico de' personaggi storici tra i dinasti di Strassoldo i quali seguitarono per qualche tempo a chiamarsi *de Lavariano*. (3) Tale denominazione ci richiama alla prima origine e sede della Famiglia, cioè alla *Fara* Longobardica stabilitasi nel pago romano di Lavariano (*Laurianum* e *Laberianum*) villa del medio Friuli nota per il celebre diploma di Carlomagno al grammatico Paolino, col quale nel 776 gli dona i beni confiscati a Waldando figlio di Immone *de Laberiano*, rimasto ucciso col duca friulano Rotgaudo nella tentata riscossa de' Longobardi contro i Franchi. (4) La stirpe de' Strassoldo tenne fino ai primi anni di questo secolo la giurisdizione di Lavariano e ville vicine ove aveva estesi possessi. Lodovico di Lavariano nel 1211 cominciò a chiamarsi *de Strasho* avendo fissata la sua residenza nel castello di egual nome sito nel basso Friuli. Tal nome in seguito subì varie alterazioni, poichè dal 1227 al 1247 lo troviamo scritto *Strasou* e *Strasow*, nel 1266 *Strasot* e nel 1291 *Strassolt* e quindi *Strasoldo*.

La detta nobilissima Famiglia ottenne in tempo meno antichi dai Patriarchi d'Aquileja, dai Conti di Gorizia e dagl'Imperatori altre giurisdizioni in Friuli e nei distretti di Gradisca e Gorizia, e dalla Repubblica Veneta nel 1512 quella di Soffumbergo presso Cividale con sette ville, in ricompensa delle fortunate imprese di Giovanni di Strassoldo nelle guerre contro l'imperatore Massimiliano.

Non è qui luogo di tessere la storia di questa illustre Famiglia, ma ben può dirsi che nel corso di vari secoli essa diede all'Italia ed all'Austria una serie di illustri personaggi e nelle lettere nell'armi e nella diplomazia.

V. J.

(1) Fontes rer. Austr. V, 202 e seg.
(2) Zahn-Urkundenbuch des Herzogthum Steiermark, Graz, 1875, I, 190.
(3) Bernardus de Lauriano sta qual teste in diploma del 1120. Rubeis, Mon. Eccl. Aquil. 632.
(4) S. Paulini Opera, app. II.

BIBLIOTECA CIVICA UDINE

Udine. Tip. Seitz 1870

Li atti documenti in quanto il riguarda sono compresi tra il 17 agosto 1210 ed il 15 Aprile 1215.

1210, 6 Decembre. Aquileja. Il Patr. Volchero rinnova alla Prepositura di S. Stefano di Aquileja, tutto ciò che le concedeva il suo fondatore Gotopoldo Patriarca. (V. 1062, 25 Aprile.)

In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Nos Volcherus Dei gratia sancte aquilegensis ecclesie Patriarcha. Dilectuaro Sancti Stephani Preposito ...... in sede et patriarchali curia · vacante Domino constet si singulorum et maxime fidei domesticorum petitiones iustas et rationabiles clementer admittimus et iustitias eorum nostro favore studemus obtinere a Christo Domino qui omnium est retributor et corona bonorum premium expectamus et alios quosque nostris honoribus efficimus promptiores et propter dilecti filii in Christo Elie.... Prepositi Sancti Stephani in Aquilegia eius iustis supplicationibus annuere volentes, omnes possessiones, omnia predia, iuraque spiritualia et temporalia que Ecclesia Sancti Stephani tibi commissa rationabiliter et iuste habere et possidere dinoscitur et omnia que in futurum concessione prelatorum, largitione principum, oblatione fidelium et aliis quibuscumque titulis auctore Domino iuste acquisiverit tibi et Ecclesie tue cunctisque et regulariter viventibus auctoritate sancte aquilegensis Ecclesie et nostra perpetuo habenda et quiete possidenda que specialibus duximus exprimenda vocabulis. Imprimis quidem confirmamus tibi et Ecclesie tue ac successoribus tuis ea que ab antecessore nostro Gotepoldo felicis memorie Patriarcha Ecclesie tue fundatore et ordinatore iuxta privilegii sui tenorem eidem Ecclesie collata esse didicimus; insuper etiam quadraginta campos quosdam infra muros veteris civitatis, quosdam iuxta eandem Ecclesiam ad habitacula Canonicorum ibidem Deo servientium. Insuper cuncta que eidem Ecclesie adiacent a quo loco Maliquolus fluvius in duos alveos dividitur, quorum unus in flumen maius

Anno D. MCCX, quintodecimo die exeunte augusto,

derivatur, unus adversus prefatam Ecclesiam decurrit usque ad locum quo aqua que dicitur pelzin influit in fluvium qui nominatur rovedola, cum omnibus que infra hos tres fluvios et antiquum murum qui vocatur hostias continetur cum silvis pratis campis, pascuis et lacubus qui iuxta eumdem terminum concludantur usque ad inferiorem locum qui vocatur Salimbech.

Acta sunt ista anno domini millesimo ducentesimo decimo, octavo idus Decembris apud Aquilegiam in patriarchali palatio in presentia Henrici Archidiaconi, Johannis Prepositi sancti Felicis, Philippo, Olacho, Andrea magistro . . . .

Ego Bernardus ipsius Domini Volfkeri Patriarche notarius hanc paginam de ipsius mandato scripsi sigillavi et dedi.

Dal Vol. Apographa Lirutti N. 906 Bibl. Civ. Udine.

II

1210, 18 dicembre. Aquileja. Il Patriarca di Aquileja Volfkero stipula alcuni patti coi Piranesi:

(Atti Diplomatici in pergamena [illegible] nell'Arch. Gen. di Venezia. — Perg. 146.)

Nos Wolfgerus Dei gratia sancte Aquilegensis Ecclesie Patriarcha Marchio Istrie atque Carniole notum fieri volumus universis hanc paginam inspecturis quod nos attendentes fidem et devocionem quam erga nos et Aquilegensem Ecclesiam habent dilecti fideles nostri Piranenses et efficaciter operibus ostendunt, propositum habens sicut nostram condecet dignitatem [illegible] in bono et digne rengraciari, in nostris siquidem et Aquilegensis Ecclesie negociis videlicet ad coercendum eos qui contumaces erga nos et in iure nostro nobis rebelles inveniuntur. Se nobis ipsi Piranenses taliter exhibent quod et res et personas suas ad quelibet labores pro honore nostro exponentes, guerras pro nobis sive presentes sive absentes sumptibus suis subire promittunt et assumere sibi non verentur. Insuper nos in propria persona et curiam nostram in Civitate sua recipiunt domos suas prout nobis et nostris expedire videmus liberaliter concedentes per annum si necesse fuerint nobis inhabitandas, ita quod sine consilio Potestatis et Consilium illius Civitatis non plures quam x milites de nostris introducere debeamus. Volentes igitur eos indempnes conservare eorumque commodis libenter intendere firmiter promittimus et presentis pagine testimonio protestamur quod de omnibus inimiciciis quas a prefatis adversariis nostris in guerris pro nobis assumptis contraxerint ipsis

Anno D. mccx, quintodecimo die exeunte augusto,

tam efficaciter assistentes aderimus quod cum prefatis hostibus nostris
nullatenus nos conformabimus, nisi cum eorum plena pace et securitate.
Ad hec si medio tempore nos decedere contigerit cum prefati Piranenses obse-
quiis nostris tam fideliter intenderint, statuimus quatenus postulamus firmi-
tate ne successor noster Patriarcha qui pro tempore fuerit cum prescriptis
Aquilegensis Ecclesie adversariis nullatenus se conformet nec Piranenses ut
dictum est in eadem pace quam ipse acceptaverit specialiter refor-
matos et sine securos obtineat. Insuper ne idem successor noster in prefatis
omnibus Piranensium principum conditione nobis concessis, aliquod ius occasione
eiusdem concessionis sibi vendicare debeat, modis omnibus abnegatis prohibemus.
Ut autem similiter hec omnia observentur, iuraverunt Ulricus
Aquilegensis Archidiaconus, Henricus de Gemona, Dietricus Gastaldio noster
de Castello Venerij et nos promisimus quod Vicedominum nostrum H. de
Virno et Ualterpertoldo et Rupertum de Tricano et Johannem de Zuccol,
Vulvingum de Petra pilosa idem iurare faciemus. Ipsa quoque pagina
ad predictorum firmitatem conscribi fecimus et sigillo nostro roborari.
Actum Aquilegie, anno domini M.CC.X, indictione XIII. XV Kal.
Januarii. Testes sunt Philippus Aquilegensis Canonicus, Albertus Ca-
pellanus. Dyetalmus Capellanus et alii quamplures.

Fac sim. del Dott. Vinc. Joppi
p nozze Perenda-Tatto
Udine. Tip. Seitz 1878

1211. 8 gennajo — Trento.

D. Lodovico di Straso (Strassoldo) per sè e la moglie Adeleita figlia di Enrico di Manzano e per Sofia sua cognata moglie di D. Odorico di Fossalta e per Federico e Odorico di Caporiacco aventi i diritti di Liucarda e Gisla sorelle figlie del q. D. Conrado di Manzano, vende a Federico vescovo di Trento per 900 lire di danari veronesi le quattro parti del castello di Beseno in Tirolo appartenenti alle dette sorelle per l'eredità paterna, a Lodovico stesso per i diritti della moglie Adeleita ed all'arcidiacono Pellegrino (di Manzano), e così pure vende il molino di Cagliano nel Trentino. — Presenti, Mainardo Conte di Gorizia, Adalpretto Conte del Tirolo, Ezzelino da Romano ed altri.

Anno D. mill. ducent. XI., indic. quarta decima, die sabati octavo intrante januario.

In Tridento, in camera palatii episcopatus.

Presentibus: D. comite Megenardo de Goritia, D. comite Adelpreto Tirolensi, D. Ecilino de Romano, D. Bertoldo vicedomino tridentini episcopatus, D. Adelperone et Bertoldo fratribus de Wanga, D. Turcone tridentine ecclesie decano, D. Nicolao de Egna, Odelrico de Beseno, Musone de Dosso et aliis.

Ibique D. Lodoichus de Strasho pro se et vice et nomine D. Adeleite, uxoris sue, filie quondam D. Henrici de Manzano, cujus procurator ad infrascriptam venditionem faciendam erat, sicut per publicum instrumentum per manum cujusdam Laurentii notarii confectum declarabatur, et eciam pro D. Sophia, cognata illius D. Lodoigi et uxore D. Odolrici de Fossa Alta, cujus procurator idem D. Lodoichus erat ad hanc vendicionem faciendam, sicuti etiam per publicum instrumentum per manum cujusdam Johannis notarii factum probabatur, et a quibus dominabus omnes earum raciones et acciones habebat, quas ipse domine in infrascriptis rebus habebant, sicuti per publica ostendebantur instrumenta; et etiam pro D. Federico ed Odolrico fratribus de Cavriago, qui per venditionem omne jus et actiones D. Liucarde et D. Gisle sororum, filiarum quondam dicti D. Conradi de Manzano, ab eis dominabus factam habebant, sicut per instrumentum cujusdam Petri notarii confectum demonstrabatur, qui D. Federicus et Odolricus fratres verbum dederant et plenam potestatem concesserant prefato D. Lodoicho vendendi omnia suprascripta, et promiserant ei, se omni tempore ratum habere, quidquid ipse faceret, secundum (quod per) tenorem unius instrumenti per manum cujusdem Johannis notarii coroborati demon-

Anno D. MCCX, quintodecimo die exeunte augusto,

strabatur, precio et solutione novem centum librarum denariorum veronens., quas dictus D. Lodoichus confessus fuit et manifestus stetit a D. Frederico, dei gracia sancte tridentine ecclesie venerabili episcopo, accepisse, renuntians exceptioni non date et numerate pecunie, jure et nomine vendicionis ad proprium investivit et datam fecit in prefatum D. episcopum Fredericum, recipientem vice et nomine episcopatus et casadei sancti Vigilii, nominative de quatuor partibus omnium honorum et possessionum, que ipse D. Lodoichus per dationem seu per concessionem suprascriptarum dominarum habet in castro et super castrum Beseni; et sicuti dicte sorores per successionem quondam D. Conradi de Manzano, patris sui, habebant, et eis pertinebant; scilicet de domo et turri cum casamentis et hortalibus et terris, sicuti eidem D. Lodoicho pro uxore et D. Peregrino archidiacono et suprascriptis sororibus, filiabus quondam dicti D. Conradi, olim pertinebat; excepta quinta parte, que pertinet ad uxorem D. Johannis de Perzino sororem earum, sicuti ad circuitum illius castelli et ad castellarem ejus pertinet in susum, totum quod infra illas confines invenitur vel inveniri poterit, quantum pertinet ad suprascriptas quatuor partes, eidem D. Episcopo vendidit cum quatuor partibus omnium racionum molendini de Caliano, cum roiale et aqueductibus, et finibus coherentibus et pertinentibus, et cum introitibus et exitibus, ut supra legitur.

Et si plus de prefato precio valet predicta venditio modo vel aliquo tempore, id quod plus valet, inrevocabiliter eidem D. Episcopo donavit et cessit. Nulli alii venditas, traditas, donatas, alienatas suprascriptas res, designatas et non designatas per eundem D. Lodoichum neque per suprascriptas dominas esse dicens, nisi eidem D. Episcopo; quod ita de cetero D. Episcopus et ejus successores et cui dederint, jure proprii modo, quidquid velint, faciant sine ulla venditoris et dictarum dominarum et earum heredum contradictione vel repeticione. Preterea prefatus D. Lodoichus venditor per se et per suos heredes et pro heredibus suprascriptarum dominarum et pro suprascriptis D. Federico et Odolrico et pro omnibus eorum heredibus per stipulacionem promisit prefato D. Episcopo per se et per suos successores, omnia suprascripta cum racione varentare et defendere in pena dupli totius damni et dispendii, in quod evenerit, tempore evictionis extimandi sub ypotheca suorum bonorum. Et dedit ei auctoritatem ingrediendi in possessionem suprascriptarum rerum.

Ego Erzo etc.

Pubbl. dal D. Vinc. Joppi ... Udine 1879

(Dal codice Wangiano stampato a Vienna)

1211, 19 aprile. Cividale. Sentenza arbitraria nelle questioni per il monte di S. Gabriele presso Rosazzo, tra l'Abate di Rosazzo e Giovanni di Zuccola. — 1212, 8 ottobre. Conferma del Patriarca e di altri della famiglia di Zuccola della detta Sentenza.

2

Colleg. Fontanini, Vol. 652, p. 82. R. Arch. di Stato, Venezia.

Da copia fatta sull'orig. un tempo nell'Arch. Comunale di Cividale avente il sigillo patriarcale pendente.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Anno Domini MCCXI. XII die exeunte aprili. indictione XIIII. in presentia rogatorum testium scilicet Ottonis Civitatensis Decani Ruberti de Canus. Heinrici cervi, Sniked et Hermanni de Portis. Reynardi filii Artumesti. Conradi Butiz. Wecelonis Bunus. Cutizii clerici. Dominici presbiteri. Heinrici filii Purcardi. Weriandi clerici. Heinrici filii Alberonis ystriani et aliorum multorum.

Siquidem et controversia super proprietate montis S. Gabrielis iuxta Rosatiam siti que vertebatur inter Leonardum abbatem nomine Rosacensis monasterii ex una parte et Johannem de Zucula ex altera per arbitros videlicet Stephanum aquilegensem Decanum et Wer. Villacensem archidiaconum in quos sub pena centum marcharum ab utraque parte fuit compromissum. taliter per compositionem et transactionem est terminata. scilicet quod D. Johannes omni iuri omni actioni et omni liti quam habebat aut videbatur habere in predicto monte, pro se et suis heredibus in manu dicti Abbatis nomine monasterii sui recipientis perpetuo cessit et finem fecit. et omne ius suum quod habebat in prefato monte pro se et suis heredibus eidem abbati perpetuo habendum contulit et possidendum.

Insuper idem D. Johannes de Zucula quicquid allodii in predicto monte ~~monasterio~~ vel circa eundem montem et in loco qui dicitur Cornium habebat memorato Abbati recipienti nomine monasterii sui cum omni iure quod habebat perpetuo contulit habendum et possidendum pro se et suis heredibus. excepta parte unius agri quam cuidam Witamaro vendiderat. In recompensationem quorum omnium dictus abbas nomine monasterii sui dicto Johanni de Zucula X marcas nostre monete persolvere promisit et eum inde per fideiussores securum fecit et insuper mansum unum in Castelon cum molendino et silva et cum omni iure quod ibi habebat. terram quamdam sitam ut dicebatur in Causana que solvit XXIII denarios. iure proprietario habendam perpetuo contulit et possidendam eidem Johanni et suis heredibus. preterea dictus abbas quartisium omnium mansorum que idem Johannes de Zucula habet a Comite de Goritia in monte de Aluch de quibus ex antiquo ab ipso abbate nomine feudi partem quartisii possidebat. integraliter memorato Johanni et suis heredibus nomine feudi concessit. promittens eidem Johanni in eque bono reparcire si quid supradictorum omnium in ratione ei obtinere et autorizare non posset. Ad quorum omnium confirmationem et stabilitatem tenendam dictus abbas pro se et suis successoribus, predicto Johanni et suis heredibus promisit et vadium sub pena centum marcarum dedit. si omnia supra dicta firma non teneret vel contra venire presumeret. cuius fideiussores extiterunt Rubertus de Canus. Conradus Botiz et Reynardus filius Artemnoti. ex altera vero parte Johannes de Zucula pro se et suis heredibus omnia supra dicta promisit rata. firma et illibata

Udine · Sett. 1879

tenere et de hoc vadium sub pena centum marcharum eidem abbati recipienti nomine sui monasterii dedit si aliquid de predictis infringeret ipse vel aliquis suorum heredum. cuius fideiussores extiterunt Rubertus de Canus. Conradus Botiz. Heinricus Cervus. et Reynardus filius Autumuoti. Actum est hoc in Civitate Austrie in claustro maioris ecclesie feliciter.

Item eodem anno octavo die post. eadem indictione; in presentia D. Wolfkeri Patriarche, P[ ] episcopi Petenensis et aliorum multorum. Idem Iohannes de Zucula supradictam transactionem renovans contulit omnia supradicta que ante dederat D. Wolfkero Patriarche et memorato abbati recipientibus nomine predicti monasterii Rosacensis cum omni iure quo ante contulerat. et tunc dictus D. Patriarcha totum supradictum contractum sicut celebratum fuerat confirmavit et ratum habuit et hoc fuit in parvo solio palatii sui in Civitate iuxta ecclesiam maiorem.

Itique eadem die sub predictis testibus et aliis quampluribus Wolframus filius dicti D. Iohannis confirmavit et ratum habuit quicquid pater suus fecerat.

Item in iam bis dicto anno. III die exeunte aprili coram D. Iohanne de Zucula. Suembretto fratri suo. Dictico. Ottone et aliorum. Galiani. (??) Rikarda sorores filie dicti Iohannis de Zucula memorate transactioni expresse consenserunt. manus ad hoc ipsum instrumentum apponentes et hoc fecerunt in castro patris sui scilicet in Zucula

Itemque in predicto die post aliquantulam moram in presentia Iohannis

filii quondam Wolrici de Portis, Wolframi filii Johannis de Zucula, Eglebretti prefati. Werenburga uxor Megnardi de Portis idem consensit et ratum habuit quod pater et frater fecerant cum supradicto abbate de Rosacia. et etiam huic instrumento manum extendit in domo quondam Wolrici de Portis. omnia supra dicta confirmans.

Et ego Wolricus serenissimi Romanorum Imperatoris Ottonis Notarius. omnibus supra dictis interfui et de consensu et voluntate et rogatu utriusque partis et etiam D. Volkeri Patriarche hoc instrumentum secundum quod vidi et audivi bona fide inscripsi: complevi. signum feci et tradidi.

Ego Conradus Aquilegensis canonicus D. Patriarche Wolkeri capellanus et scriba. de eius mandato hoc instrumentum sigillo suo roboravi

Udine … 1889

1211. 9 Maggio. A Fiumicello = Oblazioni e consuetudini di servigio della chiesa Maggiore di Aquileja.

In Xpi nomine amen. Hoc est transumptum cujusdam publici instrumenti, cujus tenor talis est:

Anno nativitatis Dni nri Jhu Xpi M.CC.XI Indic° XIV, VII Idus Maii apud Flumisellum. Iste sunt rationes Camere Ecle Aquil's ordina.. confirmate per Revmum in Xpo Patrem et Dnum Wolfcherum Aquilegensem Patriam dignissimum.

In primis Gastaldio Utinen dare singulis annis debet Camere lib V cere ad pondus camere ...... VII ad pondus Aquilegen.

Gastaldio de Percoto tantundem

Gastaldio Aquilegensis tantundem

Gastaldio de Faganea tantundem

Gastaldio Civitatis tantundem

Gastaldi de .. astro tantundem

Claviger .... Aquilegia XVII libras cere ad pondus Aquileg.

Item Claviger pro oblatione et quia subtracte fuerunt expense Camerario cum sedetta civitatem Aquilegen. intrabat, solvit XV starios frumenti.

Item ... in festo Ste Lucie dare debet unam urnam vini et dimidium quartarium cum lampades lavantur, causa mittendi vinum illud in lampadibus. In nativitate Dni unum quartarium vini, et in Cena Dni unum quartarium vini et in resurrectione Dni unam quartariam et in Dominica Palmarum Claviger predicte ad usus Canonicorum dare debet ramos olivarum.

Johes cum sociis pro uno manso in Orsarya dare debet VII lib. cere

Hospitale vetus Sti Egidii in Levada .... unum solvit in Assumptione duas libras cere et unum denarium Aquilegen.

Hospitale de Volta III libras cere

Hospitale de Susans II libras cere

Hospitale de Sacile I libram cere

Ille de Zulina I libram cere

Cunigundis de Glemona pro libertate sua I lib incensi et I lib cere.

Wichardus pro uno orto in Mondono 1 lib cere
De hac cera predicta dare debet Thesaurarius cuilibet Canonico in Purificatione bte Virginis unum ..... Clericis autem alicujus valoris qui Ecclam majorem frequentant sicut est de consuetudine antiqua illa die cuilibet datur unus cereus. Officialibus vero cuilibet, scilicet fabris, aurificibus, muradoribus, pistoribus, Magistris Ecclesie ..... qui faciunt bulgas, illis qui ad Ecclam majorem ligna trahunt, Waldariis, molendinario, mutario, et claigero Aquilegens cuilibet in prefata die debetur unus cereus.
In Pascha resurrectionis det Thesaurarius duos magnos cereos de eadem cera, et statutis diebus debet ferri ad baptismum, et per circulum anni candelas in Ecca omnes que sunt necessarie.
Mutarius vero dare debet omni anno in Cena Dni tres sordonos ℔ balsamo in Ecclesia ..... et libras XII thuris, et pro cereis qui ardent super altare duas marchas et dimidiam, et pro albis Monacharum dimidiam marcham et XII funes ad trahendum cortinas in quadragesima. Et cuilibet Custodi dat 1/2 a Camer..... una de funibus supradictis, et omnes funes ad pulsandas campanas et plumbum ad omnes fenestras et corigias omnes ad ligandos libros et ad portandas claves Ecclesie et manutergia ad tergendas manus in capitulo et omnes lampades in Ecclesia. Hec omnia Mutarius dare debet et tenetur.
Patriarca dat omnes libras et campanas.
Quidam Muglisanus pro una vinea dare debet in festo Sci Hermacora unam quartariam musti.
Camerarius vero vel ejus Vicarius cum Patha et Aquilegie omni sero tenetur cum custodibus ire ad ipsum portantes aquam benedictam et turribulum cum incenso et aspergere eam et thurificare, et Mutarius debet eis in illa hora magnam cuppam plenam boni vini propinare. Et insuper dare eis unum de cereis qui tenentur ante eundem Patham, et ille cereus

et Camer... ... sero.

Cum autem Abbas moritur et cum successor ejus primo Cameram intrat ad missam celebrandam vel ad preparandum se ad celebrandum, vestimenta illius illa vice sunt Camerarii et Custodum. Cum vero Abbas Juvr.... ad pulsandam campanam ascendit, unum de vestimentis ejus Monaci habere debent, et XII denarios quos dare debet Abbas de Oschiach sunt Custodum. Monzoli

Camerarius potestatem habet Monacos in Majori Ecclesia ins..... et destituendi, Custodes constituendi et prebendas de Xpegenadz conferendi, et ipse Camerarius est Plebanus totius Aquilegensis civitatis et curam gubernationem et regimen animarum Plebis Deo dicate..... in Dno valeat gubernare tam ad ornatum Camere, quam suis dispositioni et commodis. Pro parte disponendi Plebem de Puzol nuper dictus Dnus Abbas duxit feliciter sua ... tradendam sicut in quodam.....instrumento super inde confecto M.CC.....Indic. tertiadecima. VI Idus Decembris plenius continetur.

Quicumque habet Ecclam Sci Andree in Aquilegia habere debet curam a Camerario predicto. Cura vero illa preter..... usque ad portam que dicitur porta Sci Andree sicut itur ad forum. Porta s Andrea

Cimiterium vero est in dispositione Camerarii.

Omnis Thesaurus Ecle, libri, planete et omnia que de Camera exportantur quamdiu ...... cameram ...... custodia debet esse Custodum. Cum autem in camera reportantur in custodia sunt Thesaurarii.

Preterea Custodes Ecle non tenentur sive eorum voluntate alicui sacerdotum ~~dare~~ preparamenta nisi ad missas.... munes.

Candele vero cum quibus altaria cinguntur sive alia cinctoria antequam missa incipiatur sunt Custodum. Que vero post Missam cinguntur sunt Camerarii. Si vero in fca Missam cinguntur illa dividere debet Camerarius cum Custodibus. Missam vero ~~primam~~ parvam primam Camerarius vel ejus Vicarius cum custodibus celebrare debet.

Omnes autem oblaciones provenientes per circulum anni

Camerarius cum custodibus dividere debet.....onus cum orto qui est post Ecclesiam ejus Camere, sicut antea fuit.

Hospitale Sci Nicolai in Levada dat annuatim unum bisan-cium vel quadraginta denarios Aquilegen. et pro plebe de Camarcio unam urnam olei et 1 libram incensi.

Gastaldio de Marciliana dat pro uno Molandino 1 Marcham per quam emitur oleum.

Bonettus de Carisacho unam urnam olei et unam quar-
Orve 1 1/4 tanam pro uno Molandino quod est inter Molandinum Pathe et Ugonis de Castello, in festo Scē Lucie.

In Aquilegia Pellegrinus pro una domo in Fossula, que cum uno capite firmat in domo Dni Johannis versus orientem, cum alio versus meridiem in flumine Civitatis et cum tertio capite in via publica II libras incensi.

Marcolinus de Fossula pro una domo juxta supradictam domum que cum uno capite firmat in flumine civitatis versus meridiem, versus occidentem in domo supradicti Dni Johannis, versus septentrionem in via publica II libras incensi in Dnica Palmarum.

Rustiedus pro una statione juxta stationem Pauli Boni, cum uno capite firmat in Curia per quam itur ad Eclam Sci Johannis versus occidentem, et in foro vetus versus occidentem, XLIII denarios.

Galinganus pro una statione juxta supradictam stationem que firmat versus septentrionem in statione Venture sertoris XVI denarios.

Ventura sertor cum patre pro una statione juxta supra-dictam stationem que cum uno latere firmat in stationem Monasterii versus septentrionem, XXXIII denarios.

Iohannes niger de Agello pro domibus que firmant in domi-bus Constancii cum curia et orto qui firmant ~~qui firmant~~ versus orientem in via publica, versus meridiem in orto Nicolai becharii, versus orientem in murum civitatis, versus septentrionem in domibus Iohis Rubei, XXXII.

Iohannes pro domibus juxta predictas domos que firmant contra septentrionem in domibus Mauraconi de Tercio VI denarios.

Angelus pro uno ordo in Rena qui cum uno capite firmat in Rena versus Orientem, versus meridiem in vinea Dominice, versus occidentem in vinea Benedicti, versus septemtrionem in Terra dicti Angeli, III denarios.

Franciscultus pro uno prado juxta pradum Comitis lib. I incensi in festo Sci Andree.

Pegesonus pro uno ordo qui est juxta cimiterium Sci Andree contra septembrionem, versus orientem in Androna communi, versus occidentem in domo Sipponis, V denarios. Androna

Magnardus pro uno alio ordo XII denarios in festo Sci Michaelis.

Ceredonus pro una statione que firmat in via publica que vadit ad forum versus meridiem, versus occidentem in statione Dni Iohis, VIII lib. denariorum.

Leonardus pro terra ultra flumen que cum uno capite firmat in prado Peponis versus orientem, versus meridiem in terra Gervasii, versus occidentem in Natissa flumine, versus septemtrionem in terra Muculi VIII denarios.

Simeon de Janich solvit annuatim in Assumptione Sce Marie pro libertate sua et suorum. de Jalmicl

Enizia de Glemona solvit in Nativitate Dni I denarium pro libertate sua et suorum heredum. Servi liberati

In Cupyel (sic) ultra Lisoncium habet Camerarius pro duobus mansis sextarios duas frumenti, II annone, II milei et VIII denarios.

In Janich pro duobus mansis XII sextarios frumenti, VIII milei, X annone et pro quolibet manso VIII denarios, III galinas et XXX ova.

In Camarcio inferiori pro uno manso XXII denarios. Item pro alio manso in eadem villa XII libras denariorum. Item pro tercio manso IIII libras denariorum in Assumptione Sce Marie.

Dns Iohannes pro quadam domo qui est in Fossula in domibus suis denarios XIIII, quas habet Fraternitas Sci Hermacore. Fossula locale Aquilejae. Fraterna di S. Ermagora

Petrus de vinea pro uno ordo ex illa ripa qui firmat in via

publica per quam itur Beliniam versus orientem, VI denarios.

In Utino mansus quem tenet Johannes cum sociis suis unam urnam olei et IIII sextarios frumenti.

In Romanzacho mansus Radii cum sociis suis I urnam olei.

In Campoformio mansus Marcii cum sociis suis I urnam olei.

In Martignaco Mansus Casotti cum sociis suis dimidiam urnam olei.

Omnes enim qui solvunt oleum solvere debent in festo Sce Lucie.

In Argis apud Flumisellum Johannes Comiani pro uno manso IIII sextarios frumenti; IIII milei, IIII annone, VIII libras denariorum, II urnas vini, III galinas et XXX ova.

Michael III staria frumenti, III milei, III annone, II urnas vini, ~~III galinas~~ libras VI denariorum, II galinas et XX ova.

Mauruccius pro uno manso III sextarios frumenti, IIII milei, IIII annone ------- XXXVI et III galinas cum XXX ovis.

Mansus Conastii III sextarios frumenti III milei, III annone, II urnas vini, libras VI denariorum, III galinas et ova XXX.

Mansus Mainuoni est pustota.

Mansus Henrici est pustota et solvebat tantundem ut supra.

Acta, tradita, data, ordinata et confirmata fuerunt omnia et singula suprascripta apud Flumisellum suprascriptis millesimo et Indictione ac VII Idus Maii per prefatum Reverendissimum in Xpo Patrem et Dnum Wolfcherum Aquilegensem Patham dignissimum, presente tunc Capitulo Aquilegense ac etiam presentibus Venerabilibus viris Dnis Henrico Aquilegensi Archidiacono, Wernardo Villacensi Archidiacono, Daringo Aquilegensi Canonico, Andrea Sti Felicis Decano, Wigando Sti Wolrici Preposito, Wolrico Suevo Aquilegensi Canonico et aliis quam pluribus Clericis et Laicis fide dignis in multitudine copiosa ad predicta vocatis et rogatis.

✝ Ego Herlinus de Nimis Aplica et Imperiali auctoritate Nota=

rius publicus predictorum ordinationi, traditioni, dationi
et confirmationi, ac omnibus et singulis suprascriptis,
dum sic per prefatum Dnum Patham fierent una cum dicto
Capitulo Aquilegensi ac testibus supradictis presens interfui,
et ea de mandato dicti Dni Pathe publice scripsi et signum
meum consuetum apposui in testimonium premissorum.

" Seguono autentiche di trascrizione di vari notai antichi.

" Dal Volume IX. A. PP. AA. dell'Archivio ~~Fojul~~ Forojulii, ~~presso~~ di Mons.r
" Guerra presso i Nobb. De Portis di Cividale – ora (1890) nel
" Museo civico di Cividale –

[illegible] (sic)

1211, 20 Giugno. Cividale. Il patriarca Volchero accorda alla Badessa del monast. di S. Maria in Valle di Cividale il diritto d'istituzione d'un sacerdote per la Chiesa fuori di Porta Brossana. 4

A. D. M.CCXI.XI. die exeunte Junio in presentia Rev. patris D. P(oponis) Parentin. episcopi. L(eonardi) Abbatis Rosacensis. Wolrici Prepositi S. Odorici. C(onradi) Decani Civitatensis. Leonardi. Warnerii Archidiaconi. Wolleleni Elie. Wodalrici Bolt. Walconi. Conradi de Pertica. Iohannis et aliorum plurium.

D. Wolfkerus dei gratia Patriarcha et Prepositus Ecclesie Civitatensis ad instantiam domine S..... Abbatisse Cenobii S. Marie in Valle in Civitate Austrie dotavit et fecit quandam donacionem in dictam capellam que sita est super ripam Natisse fluminis extra portam ambrosianam civitatis eiusdem, constituit ut dicta Abbatissa et sequentes earum que fuerint Abbatisse eiusdem cenobii de cetero ius habeant presentandi idoneam personam que illi ecclesie provideat in divinis et Prepositus habeat institutionem maioris Ecclesie Civitatensis et eiusdem successores de ipsa capella et ius, quia dicta capella de licentia Capituli Civitatensis habere non dignoscitur dobitus eiusdem Capelle Vicarius tamquam alii Civitatis ipsius Capituli in omnibus subditum esse et obtemperare memorato Capitulo Civitatis. Actum in pomerio domus canonicorum Civitatis in qua iste Prepositus morabat.

Arch. Capit. di Cividale da copia recente nel Vol. III N.° 23.

1213

N.° 21 ...

[illegible]

1211, 2 ottobre. Aquileja. Lascito di Stefano di Foro a varie Chiese
d'Aquileja e de' contorni.

Da copia di mons. Fr. Florio da pergamena dell'Arch. Capit. d'Aquileja. Bibl. Florio MSS.

In nomine Domini Jesu Christi Anno Domini millesimo CCXI. indict.
XIIII. die dominico. In presentia Hermanni Ca..... Magistri Scola-
rum Maioris Ecclesie. Peregrini de Carlino. Leonardi catarini. Her-
manni de Verdoy........ Veneti. Johannis millezarum. Dominus
Stephanus de Foro dixit. Ego Stephanus de Foro quidem previd....
mortis mee..... attestare mea bona. In primis canonicis maio-
ris ecclesie pro anima mea dimitto unam..... monete aq.......
quandam domum de allodio habeo in qua Jacobus de portis quon-
dam meus gener..... am suam ius. ta... in vita sua. tertiam partem
vero illius domus dimitto monasterio dominarum de Aquilegia. ex
dimidiam marcam denariorum. aliam tertiam partem dimitto sancto
Stephano de Aquilegia et dimidiam marcam. aliam tertiam par-
tem dicte domus dimitto novo hospitali de Levata et veteri
quod vocatur Sanctus Egidius. et unicuique nominato hospitali unam
culcitram, et unum plumazum et XL denarios. dimidiam marcam
monasterio de Rosacio. canonicis sancti Felicis. dimidiam marcam
monasterio de Belenia. dimidiam marcam. campos meos sitos.....
fossulas ubi est area mea dimitto altari. quod volo facere in car-
nale sancti Johannis. et aliis altariis ecclesie sancti Johannis. ad
luminandum nominatum altare de carnale. et aliis altariis
sancti Johannes et aliis eiusdem ecclesie indigentibus. Caneram
meam similiter sitam iuxta ecclesiam sancti Johannis. post mortem
vero Pertrate uxoris mee. dimitto nominate ecclesie in nomina-
tis servitiis. Sante Marie de Barbano XL denarios et unum lectum.

et unum plumazum et unum vasellum de vino . quod tenet x urnas. Sancto
Petro de Aurio. similiter tantum ut sancte Marie de Barbano
ditum est. Sancto Juliano. xl denarios. Sancte Margarete de Am=
phora xl denarios et unum lectum et unum plumazum et unum va=
sellum de vino. quod tenet VIIII urnas . Sancto Cosma Damiano xl de=
narios. Sancto Vito de Mariano xl denarios. ecclesie Sancti Andree
unum campum. situm iuxta ceresale de Narazole. et xl denarios
ad opus ecclesie. Sancto Syro alium campum situm iuxta nominatum
campum et xl denarios ad opus ecclesie. campum situm iuxta nomi=
natum campum. et xl denarios ad opus ecclesie. campum situm iuxta
flumen Natisi. ecclesie omnium sanctorum et xl denarios ad opus
ecclesie. ad opus ecclesie, Sancti Silvestri xx denarios. confratrino
meo Ranardo duas marcas et unum lectum et unum plumazum. et
unam catenam et unum caldarium quod tenet tres situlas aque . et
unum frixorium. et vasa de vino que tenent xl urnas vini.
Actum Aquilegie in broilo prefati Stephani secundo die intrante
octubre.

✝ Ego magister Albertus domini Pelegrini Aquilegensis Patriarche no=
tarius interfui et rogatu dicti Stephani hoc testamentum scripsi et
corroboravi.

Ego Omnebonum regalis aule judex et notarius sicut in autentico vidi ita in
hoc carta scripsi nil addens vel minuens quod sententiam mutet. Anno Domini
Mill. CCXVIIII. indic. VII. die XII intrante aprili.

1211. 22 Novembre: Aquileja. Wolfkero patr. di Aquileja conferma al preposito e Capitolo di Gurk i privilegi de' suoi predecessori (1136–1137, 1169. 24 marzo, 1184). 1209. 4 ottobre

Due atti

Wolfkerus dei gracia sancte Aquilegensis sedis patriarcha licet indignus dilectis in Christo fratribus O[ttoni] preposito et canonicis Gurgensis ecclesie salutem et vere dilectionis plenitudinem. Antecessores nostri qui Gurgensem ecclesiam et eius prelatos propter sancte conversacionis propositum et vite decorem magneque ac memorande devocionis merita quibus se Aquilegensi ecclesie familiares reddiderunt valdeque acceptos, benigno dilexerunt et honoraverunt affectu, exemplum nobis reliquerunt, ut et nos ita faciamus. Unde eorundem antecessorum nostrorum vestigiis inherentes, ea que per eos memoratis fratribus collata seu concessa noscuntur, favore promptissimo duximus roboranda. Eapropter, dilecti fratres, vestris dignis peticionibus, ut convenit, grato concurrentes assensu curtem in Aquilegia iuxta forum sitam ab antecessoribus nostris Pelegrino et Wodalrico ac Gotefrido eterne memorie vobis concessam et eorum privilegiis confirmatam nec non et theloneí atque ripatici immunitatem et omnem exactionem saumarum que ad vestros usus vel ad hospitale pauperum deferentur, de quibus apud Clusas et apud Aquilegiam more aliorum accedentium tenebamini debitam solvere pensionem, iuxta laudabilem et recordacione dignam antecessorum nostrorum liberalitatem concessionem et remissionem de consensu fratrum nostrorum communi karitati vestre concedimus remittimus et confirmamus per omnia et ab his omnibus tamquam cives Aquilegienses vos reddimus absolutos. Rogamus itaque successorum nostrorum reverenciam colendam et eam quam in domino habituri devocionem sunt, quatenus quod ab antecessoribus nostris et a nobis affectu karitatis misericordie et pietatis intuitu concessum est et remissum, favore consequantur benigno corroborent et confirment. Si quis autem contra hoc contra hoc venire temptaverit et quod pie indultum est et remissum,

dolo aliquo aut fraude infringere vel perturbare presumpserit, karitatis et pietatis auctori in districto examine relinquimus indicandum. Cuius rei gratia hanc paginam fieri iussimus et nostri sigilli impressione signari. Huius rei testes sunt: Fulcerius Parentinus episcopus, Bernardus prepositus de Auino, Philippus Aquilegensis canonicus, Wolricus sancti Stephani in Aquilegia canonicus, ~~Leonardus de Utino~~ Leonardus de Utino, Wolricus domini patriarche cappellani, Bertoldus de Cormu, Everardus vicedominus, Gerardus de Utino.

Actum Aquilegie, anno domini MCCXI, indict. XIIII, X kalend. decembris.

Ego magister Wolricus supradicti domini mei patriarche Aquilegensis notarius hanc paginam ipso iubente conscripsi manu propria et sigillavi et dedi

Pende il sigillo equale del patriarca (80 per 64) rappresentato ~~seduto~~ sul faldistorio; la mano destra tiene il pastorale, la sinistra un nastro colle parole pa[x] vobis. Legenda Wolfkerus dei gra. s. e. Aquil. eccl. patha. pag 330.

Dall'opera: Monum. Histor. Carinthiae ~~N. 231~~

Klagenfurt 1896. N. 231 pag 320

1211. 22 Novembre Aquileia. Wolfkero patr. di Aquileja conferma al Capitolo di Gurk i privilegi de' suoi predecessori.

77

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Si Christi famulis viscera misericordie aperimus et pietatis eorumque indigencie ex habundancia nostra subvenire curamus, eternam retribucionem percipere nequaquam diffidimus. Quapropter cunctis Christi fidelibus tam presentibus quam future posteritatis hominibus notum esse volumus, qualiter nos quidem Wolfkerus dei gracia Aquilegensis sedis patriarcha precibus venerabilium fratrum nostrorum Gurgensium canonicorum inducti curiam unam in Aquilegia iuxta forum sitam quam a predecessoribus nostris Peregrino, Wodalrico et Gotofrido felicis memorie patriarchis eorum utilitatibus concessam et privilegiis confirmatam esse cognovimus, devociones et obsequia que Gurgensis ecclesia [illegible] nostre ecclesie incessanter exhibere consuevit, attendentes eorumque necessitatibus debita in Christo karitate consulere cupientes eisdem fratribus de comuni fratrum nostrorum consensu et fidelium consilio in beneficium contulimus et confirmavimus et ripaticum ac theloneum quod homines eorum ad proprios fratrum usus et ad hospitale pauperum saumas deferentes in Aquilegia et apud Clusam persolvere debebant, divino intuitu iuxta predecessorum nostrorum remissionem relaxavimus eis ita, ut de his saumis tanquam cives Aquilegenses nichil persolvant et ab omni peticionis debito et forensi censu, sicut hactenus, liberi permaneant. Cappellam quoque in predio eorum quod Premsnich vocatur, sitam cum decimis et omnibus eius pertinenciis eisdem fratribus more predecessorum nostrorum dimisimus. Successorum igitur nostrorum reverenciam obnixe rogamus, ut quod divino intuitu pro nostra et ipsorum perpetua salute fecimus, hoc quoque benignitatis favore prestare velint et confirmare. Si quis autem hoc a nobis et ab antecessoribus nostris gracie munus collatum predictis fratribus infringere vel qualibet astucia ab eis alienare presumpserit, omnipotenti in districto iudicio committimus iudicandum. Ut hec vero facilius credantur, presentem paginam inde conscribi iussimus et sigillo nostro fecimus

insigniri. Huius autem rei testes sunt: venerabiles Fulcerius Parentinus episcopus, Bernardus prepositus de Ruino, Philippus Aquilegensis canonicus, Wolricus sancti Stephani de Aquilegia canonicus, Leonardus de Utino, Wolricus domini patriarche cappellani, Bertoldus de Cormu, Euerardus vicedominus, Gerardus de Utino.

Actum Aquilegie, anno domini M [illegible] XI, indict. XIIII, X kalend. decembris.

Ego magister Wolricus supradicti domini mei Aquilegensis patriarche notarius ipso iubente hanc paginam manu propria conscripsi et sigillavi et dedi.

S.

Sigillo come il precedente nel diploma del Pat. Wolfkero di eguale data.

Dall'opera citata Mon. Bav. N.° 432. pag. 330

P. 330

Anno 1211.

6 Decembre, Indizione XIV. Cividale.

Patriarca Volchero Marchese d' Istria conferma a Vescovo Fulcherio di Parenzo il Castel Parentino, il Moncastello, la chiesa di S. Martino di Midilano ed il territorio di S. Mauro nel territorio di Pola presso Medolino.

(Copia nell'Archivio domestico dei Marchesi Polesini).

In Nomine Domini Amen. Anno Domini MCCXI, V idus Decembris, Indictione XIV.

Nos quidem Volcherus S. Aquilejensis Sedis Patriarcha et Marchio Istriae notum fieri volumus omnibus, quo circa omnium Sanctae Dei Ecclesiae Fidelium, nostrorunque praesentium, et futurorum noverit Universitas, qualiter interventu, ac petitione dilecti Fratris nostri Fulkerii Parentini Episcopi, nostram adiisse clementiam, postulans, quatenus nos pro Dei amore, et Beatorum Martyrum Hermacorae et Fortunati, nostraeque animae remedio, nostra auctoritate omnia Praedia suae Ecclesiae, quae antea ab Antecessoribus nostris Patriarchis pro suarum animarum remedio praefatae Ecclesiae donaverunt, qua in Basilica Sancti Beatum Corpus Mauri Martiris requiescit, confirmare, et corroborare dignaremur.

Cujus dignis postulationibus aures nostrae pietatis inclinantes, praetaxatae Ecclesiae Praedia, nominatim Castrum Parentinum, situm in Contrata quae dicitur duo Castella, et Montem Castellum, situm in eadem Contrata super Ripa Lemi ex parte australi, et Ecclesiam Sancti Martini juxta Medilanum, totum Territorium S. Mauri in Contrata Civitatis Polae juxta Medilinum, cum omnibus pertinentiis suis juste et legaliter ad praedictum Episcopatum Parentinum pertinentibus; nec non Terris, Campis, Vineis, Pratis, Aquis, Piscationibus, venationibus, nemoribus, montibus, Planitiebus, et cum omnibus aliis rebus, quae dici, vel nominari possunt confirmamus eidem Episcopo suisque Successoribus in perpetuum.

Praecipientes, ut nullus Patriarchatus nostri magna, parvaque Persona praetaxatum Episcopum, suosque Successores de omnibus supradictis Rebus molestare temptet; sed liceat eidem Episcopo suisque Successoribus quiete, pacifice praedicta Praedia tenere, et firmiter possidere omnium Hominum contradictione penitus remota. Si quis igitur hujus nostrae paginae violator fuerit, quod minime credimus, sciat se compositurum auri boni Libras viginti, medietatem Ecclesiae Aquilejensi, et aliam medietatem praefato Episcopo, et suis Successoribus. Quod, ut verius credatur dilengentiusque ab omnibus observetur, hanc paginam, propria manu corroborantes, et Sigilli nostri impressione inferius eamdem jussimus insigniri.

Actum apud Austriam Civitatem in Ecclesia S. Paulini super palatium Patriarchae. Interfuerunt ad hoc Testes rogati Henricus Archid. Aquilejensis, Stephanus ejusdem Ecclesiae Decanus, Otho Civitatensis Decanus, uti S. Oldorici Praepositus, Gernotus Capellanus Patriarchae, Pirus, Martinus Civitatenses Canonici, Palottus, et Bonavenetia, et alii quamplures Clerici, et Laici.

Ego quidem *Leonardus* Serenissimi Romanorum Imperatoris Othonis Notarius interfui, et ut superius continetur, rogatus a praedictis Dominis Patriarcha Volkerio, et F. Episcopo bona fide scripsi.

Marchese G. P. dei Polesini.

Le note croniche di questo diploma sono esatte, correva in quell' anno l' Indizione XIV, vivevano il Patriarca Volchero di Aquileja ed il Vescovo Fulcherio di Parenzo, ma l' esordio è misera copia, disordinatissima, di diplomi più antichi di Re, è scorrettissima e bugiarda. Manca la persona dell' intercessore che deve essere sempre diversa dal donato che non chiede mai per sè; il Patriarca direbbe di confermare le donazioni dei suoi antecessori ai Vescovi di Parenzo; ma Volchero fu appunto il primo dei Patriarchi che ebbe il Marchesato d' Istria, nè può parlare di Patriarchi-Marchesi suoi antecessori. Fra i possessi privati dei Patriarchi enumerati in diploma del 1102, accolto in questo Codice, non figurano nè il Castel Parentino, nè Moncastello, nè la chiesa di S. Martino di Midian, nè il territorio di S. Mauro nel distretto di Pola. Nè certamente questi due Castelli, il Parentino ed il Moncastello sono li due notissimi Due-Castelli, come da altri fu detto e noi in buona fede, non avendo sott' occhio il presente diploma, abbiamo ripetuto. I due Castelli furono sempre in dominio e proprietà dei Patriarchi, formavano Comune da sè, così che ebbero proprî Statuti. Il Moncastello (nome assai frequente) sul Canale del Leme ad ostro di questo, sovrastante a questo, dovrebbe essere quello che si dice S. Martino, ed era semplice possedimento. L' altro, il Castello Parentino, deve essere stato al confine del territorio di due Castelli, nel lato estremo verso Parenzo, prendendo nome dalla città che vi sta di contro, e potrebbe essere stato verso il territorio di S. Lorenzo del Pasinadigo, in Gradina. Il Medilanum è Midian contrada esterna di Dignano, ove esisteva od esiste ancora la cappella di S. Martino. Ignoriamo un territorio di S. Mauro in Medolino.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

Dopo il 1212. Volfchero Patr. d'Aquileja investe

9 10

1212 D. Ottone di Gemona del Lago di Cavazzo e ri-
9 marzo ceve in permuta beni presso il Castello di Pegrat
e Tifat.

MSS. [illegible] LXXVI, [illegible]

[illegible] XXV [illegible]

[illegible]

[illegible] Aquilegensis [illegible] complecto [illegible], castellorum et [illegible] D. Ottonem de Glemona de [illegible] [illegible] cum omni iure et [illegible] ad eundem locum pertinente [illegible] Otto [illegible] tenent et [illegible] locum [illegible] Patriarcha [illegible] et [illegible] D. Otto [illegible] Patriarche [illegible] cum [illegible] in Canali apud Rivam [illegible] Patriarche [illegible] D. Ottone [illegible] predicto loco [illegible] de Pegrat et [illegible] in [illegible] et aliquid [illegible] [illegible] pro [illegible] MCCXII [illegible]

[illegible]

1212. 11 aprile. nel castello di Moruzzo

Liucarda di Manzano per 100 marche vende a Federico e Wodolrico di Caporiacco l'eredità paterna sì in Friuli che in Tirolo.

Carta de Beseno.

Hoc est exemplum ex autentico relevatum.

Anno D. mill. ccxii, indic. xv, die. xi intrante aprile.

In presencia rogatorum testium, quorum nomina subter legentur.

Domina Lucarda per se suosque heredes nomine vendicionis et pro precio centum marcarum diffinito dedit et cum jure dominii, proprietatis ac possessionis ad proprium tradidit D. Fedrico et Wolrico de Cavriaco totam suam porcionem hereditatis, que ei evenerat ex parte patris sui, videlicet D. Conradi de Menzano, tam mobilem quam immobilem, quam habebat in Foro Julio, et in episcopatu sive comitatu Tridenti. Ita, quod liceat prefato D. Fedrico et Wolrico, de prefata porcione, quidquid eis placuerit, nomine proprietario facere sine omni contradiccione prefate D. Lucarde eiusque heredum, promisitque predicta D. Lucarda per stipulacionem per se suosque heredes sub pena dupli, predicto D. Fedrico et Wolrico prefatam sue hereditatis porcionem ab omni homine in racione defendere et warentare.

Actum in castro de Murucio feliciter.

Hujus rei testes fuerunt: D. Wolricus de Brazaco, Raynoldus de Lauzana, Fedricus de Morucio, et Ortulfus.

Ego Omnebonus, regalis aule judex et notarius interfui et hanc cartam rogatus scripsi.

Ego Rabaldus etc. Ego Erzo etc.

(Codice Wangiano - stampato a Vienna)

Raccolta del Sig. Vincenzo Joppi · Nozze Strassoldo-Gallici · Udine Sett. 1879

[illegible]

1212. 12 aprile - A Gemona nel Castello

Gisla figlia di Corrado di Manzano coll'assenso del marito Enrico Tassoto dà a Federico di Caporiacco facoltà di vendere l'eredità paterna nel vescovato di Trento.

Carta de Beseno

Hoc est exemplum ex autentico relevatum.

Anno D. mill. ccxII, indic. xv, die. xII, intrante aprili.

In presencia rogatorum testium, quorum nomina supter legentur.

Domina Gisla, filia quondam D. Conradi de Menzanó, presente et consenciente D. Henrico Tassot, marito suo, dedit atque concessit D. Fedrico de Cawriaco potestatem atque parabolam vendendi totam proprietatem, quam ipsa habet in episcopatu sive comitatu tridentino. Interrogata prefata D. Gisla per stipulacionem per se suosque heredes sponsit se semper firmam et ratam tenere vendicionem, quam predictus D. Fedricus de predicta proprietate fecerit.

Actum in castro de Glemona, ante capellam, feliciter. Hujus rei testes fuerunt: D. Henricus de Glemona, Warnerus filius ejus, Otto, Henricus de Fontebono, Otolinus et Henricus fratres, et Wolricus.

Ego Omnebonus, regalis aule judex et notarius, interfui et hanc cartam scripsi.

Ego Rabaldus etc. Ego Erzo etc.

(Codice Manzano - stampa Vienna)

Vetti dal D. Vinc. Joppi ... Gallici Udine. Sett. 1879

[illegible]

1212. 12 Aprile - a Mavano (lagunare)

" In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Hec sunt loca, castra et ville que postulat D. Bertoldus Aquilegensis Patriarcha nomine eiusdem ecclesie non inquietari, neque perturbari, neque molestari, neque impediri a Comuni Tarvisii vel ab aliqua persona pro eis, aliquo iure, modo vel ratione, que tamen idem Patriarcha per se vel suosque vassallos habeat, teneat, quasi teneat, possideat quasi possideat, utatur, fruatur et omnia exerceat que habet, tenet, possidet, quasi possidet et exercet in omnibus aliis suis terris, castris, villis et locis pertinentibus ad Aquilegensem ecclesiam supradictam et ut derelinquant ei Comune Tarvisii et homines tarvisini omnia infrascripta loca, castra et villas cum omnibus eorum pertinentiis libere et absolute, nec ullam exactionem, neque collectam, angariam vel parangariam vel iurisdictionem seu aliquod aliud vel gravamen in infrascriptis locis imponant vel exerceant aut per alios faciant exerceri.

In primis monasterium de Pirg cum omnibus pertinentiis suis dicit ad Aquilegensem ecclesiam pleno iure tam in temporalibus quam in spiritualibus pertinere.

Item dicit de curiis de Medadis et Medulo cum omnibus suis pertinentiis quamvis sint in episcopatu Tarvisii constitute.

Item dicit de curia S. Pauli cum omnibus eius pertinentiis, que est in episcopatu posita Cenetensi.

Item dicit de curia et castro Caneva cum omnibus pertinentiis suis que sunt site in episcopatu Cenetensi eodem.

Item dicit de Castro Brugnerie cum suis universis pertinentiis, exceptis quibusdam villis idest Francinico, Campo de Girono, Campo di Polis quarum iurisdictio pertinet ad Federicum de Porciliis.

Item dicit de villa de Laen.

Item dicit de villis Albina et Albinella in episcopatu positis Cenetensi.

Item dicit et postulat de omnibus locis, castris, curiis, villis, vicis et omnibus eorum pertinentiis constitutis ab aqua Liquentie, a montibus usque ad mare per totum Forum Julii usque ad Ducatum Meranie.

Item petit a Comuni Tarvisii ut debeat dimittere, restituere et facere dimitti et restitui et non inquietare ipsum et Aquilegensem Ecclesiam in domibus, terris et casamentis constitutis in civitate Tarvisii in loco et ora que dicitur Fontana Olive, sed ipsam Ecclesiam nominatam omnia supradicta libere et absolute possidere permittat.

Item petit ut omnia feuda que habent Comune Tarvisii et Tarvisini vel habuerunt ab Aquilegensi Patriarchatu, castra videlicet et villas, decimas, quartesios et qualescumque sint possessiones, quas vendiderit seu alienaverit ab Aquilegensi Ecclesia quocumque iure, ad statum et libertatem pristinam redeant, ita quod de cetero similia facere non attentant.

Item petit quod fossatum navigii factum in Medulo in terris Patriarche per Comune Tarvisii in magnum Aquilegensis Ecclesie preiudicium et gravamen, cuius occasione nemus Patriarchatus multum destructum est et incisum per Tarvisinos et cotidie destruetur et in presentiarum destruitur, impleatur et ad statum pristinum reducatur, ita quod dampna Patriarche in eodem nemore irrogata per Tarvisinos sepius monitos, integraliter eidem Patriarche debeant resarciri.

laicorum qui circa eum

Item petit ut Gabrielem de Prata et Federicum fratrem eius et Albe-
ricum et Guarnerium de Pulcinico et alios liberos seu francos et personas
universas in Foroiulii constitutas, que sunt eidem Comuni Tarvisii et Tar-
visinis obligate iuramentis vel aliis quibuscumque obligationibus
vel astricte per fideiussorias cautiones seu per aliquas qualescumque secu-
ritates, absolvant et fideiussores eorum absque omni tentione liberos et
absolutos dimittant et ut condemnationes factas de Gabriele de Prata de
quinque millibus libris ex una parte et decem millibus ex altera, relaxent
et fideiussores datos super hoc, absolutos dimittant.

Item petit quod non debeant ipsum inquietare super episcopatu Cene-
tensi, nec ullam iurisdictionem in locis vel aliquibus possessionibus ad
eundem episcopatum pertinentibus exercere vel facere exerceri, nec
per se, nec per aliquos alios et domum episcopalem scilicet arcem ubi
debet Patriarcha descendere et hospitari, quam iniuste detinent, ad
pristinam libertatem reducant.

Item ut sententiam, arbitrium sive laudam vel dictum prolatum
per Guillelmum de Ola Veronensem potestatem pro Comuni Verone et
Consules Comunis de Mantua pro Comuni Mantuano inter Patriarcham
Aquilegensem ex una parte et Comune Tarvisii et Tarvisinos ex altera,
faciatis inviolabiliter observari.

Item petit ut domum quam habet Gabriel de Prata in Civitate Tar-
visii, sibi restituatur libere et pacifice possidendam, vel estimationem
superficiei sibi prestent.

Item petit sibi resarciri et restitui omnia dampna sibi et suis a dominica
palmarum per Comune Tarvisii et Tarvisinos data usque ad tempus treuge

parte a D. Legato, hoc est de centum septuaginta quinque villis cum cimiteriis et ecclesiis earum que sunt combuste per Comune Tarvisii et per Tarvisinos penitus et destructe et rebus omnibus spoliate, quod dampnum estimatur ad triginta millia marcharum argenti et amplius.

Item petit de dampnis datis post treugam factam ab eodem D. Legato, hoc est de novem villis penitus destructis et rebus omnibus spoliatis, quod dampnum estimatur sex millia librarum et petit pro pena mille marchas argenti, quas statuit D. Legatus solvendas a parte que violaret treugam quam fecit, integraliter persolvatur.

Item petit ut omnia dampna Ecclesie Aquilegensi data per Comune Tarvisii et Tarvisinos temporibus Potestarie Guillelmi de Pusterula et Danisii Potestates Tarvisii et tempore consularie Alberghetti et sociorum eius, que estimantur ad trecenta millia librarum in una parte et centum millia librarum in alia parte et ad sex millia marcarum argenti in tertia parte et ad sexdecim millia librarum venetarum in quarta parte, sibi debeant integraliter resarciri

Vos autem Potestas et Sindici Tarvisini pro vobis et Comuni vestro petitiones vestre curavistis proponere in hunc modum:

Significat Sanctitati vestre Comune Tarvisii, quod D. Patriarcha Aquilegensis per vim cogit cives nostros qui appellantur liberi de Foro Julii iurare mandata sua et eos nobis abstulit et eorum loca hostiliter et armata manu capiendo et invadendo et violenter faciendo eos Comuni Padue iurare scilicet Federicum de Cauriago et Artuicum de

laicorum qui circa

Cauriago eius fratrem et Henricum de Villalta, Diatricum de Fontanabona, Articum de Strasso et Rodulfum de Sourignago et Conradum et Articum fratres de Castiliro, Clegnardum de Xonembergo et Iacobum de Budrio et istos cum omnibus suis possessionibus et castris.

Item impedit nobis Ardericum de Pulcinico et fratrem et Leonardum de Xonembergo, unde petit a Sanctitate vestra, ut faciatis ita ut D. Patriarcha non impediat nobis illos supradictos tres cum possessionibus suis et alios supradictos nobis restitui faciatis cum omnibus suis possessionibus et castris, non impediendo Comune Tarvisii uti predictis iurisdictionibus in personis eorum et suorum et suarum terrarum et locorum sicut civium Comunis Tarvisii:

Item petit ut pecuniam quam solvit civis Terre Solighetti in captione sua scilicet octingentas libras, et quam pecuniam D. Patriarcha promisit et iuravit quando fecit pacem cum liberis Fori Iulii solvere, ut illi civi nostro restitui faciatis.

Item petit pro dampnis datis a D. Patriarcha et suis illis de Pulcinico duo millia marcharum argenti; que dampna data fuerunt eis in villis et castris suis, que fuerunt triginta et plus et decem ecclesie cum cortinis.
Item petit pro dampnis datis aliis suprascriptis civibus suis, quos violenter captos detinet et a suis viginti millia marcharum pro centum quinquaginta villis combustis et ronchatis et ecclesiis et cortinis combustis et devastatis libras mille X4 et plus.

Item petit pro dampnis datis civibus nostris de Porta Naonis quinque millia marchas argenti pro toto Porta destructo et combusto et rebus inde ablatis

et villis suis combustis ac devastatis et eclesiis destructis et combustis et mulieribus inde raptis. Et ut Comune Tarvisii libere utatur iurisdictione sua in predicto Portu et pertinentiis, quod D. Patriarcham ad hoc compellatis, cum eius iurisdictio ad ipsum Comune spectet et non ad D. Patriarcham.

Item petit pro dampnis datis et iniuriis illatis Comuni Tarvisii et suis in bello apud Cavolanum quando fecit insultum in nos quinque millia marchas argenti pro hominibus captis et mortuis et vulneratis et rebus amissis.

Item petit pro dampnis datis in villis combustis et roncatis et eclesiis combustis et cortinis et animalibus ablatis in Ceneta post bellum predictum et treugas factas per episcopum Tridentinum, quinque millia marchas argenti, que fuerunt circa centum et eclesie et cortine viginti et plus.

Item petit pro dampnis nobis datis a Paduanis de mandato et voluntate D. Patriarche apud Castrum francum et in ipso castro et eius territorio et in hominibus interfectis et vulneratis et villis nostris combustis, viginti millia marchas argenti et hoc duabus vicibus: quod quidem dampnum nec apertius exprimi oportet, quam ex multitudine exercitus et mora ibi facta et ex qualitate locorum satis sciri et presumi potest.

Item petit pro dampno dato Federico de Porcilleis et suis quingentas marchas argenti pro XV villis et decem eclesiis et cortinis combustis et destructis et pro blavis et aliis rebus destructis et ablatis.

Item petit ut D. Patriarcha libere permittat ut Comune Tarvisii iurisdictionem

exercet in villa Sacile et castro et dominiis suis et eius pertinentiis, prout olim consuevit et in ~~pacto~~ composita et concordio facto inter Comune Tarvisii et quondam Patriarcham Pelegrinum continetur

Item petit ut ne impediat uti iurisdictione Gabrielis de Prata et suorum et terrarum sicut olim consuevit et tanquam de cives nostros, qui quidem civis Tarvisinus est et ~~fuit pater~~ eius, sicut continetur in pactis et concordiis et postis factis inter Comune Tarvisii et Uecelletum patrem Gabrielis ac eundem Gabrielem. Et haec omnia dampna supradicta data sunt nobis et nostris ab anno vel ibi circa hucusque. Que quippe dampna nobis et nostris ut supra dicta sunt illata, vobis significamus et petimus a Sanctitate vestra, ut dampna predicta resarciri faciatis, salvo tamen nobis iure addendi, minuendi et corrigendi. Petitionibus autem ei factis super dampnis veteribus datis, taliter respondemus.

Quod omnia illa data fuerunt ante pacta et conventa et lauda, pronunciationes et concordias habitas et factas inter Comune Tarvisii et ipsum D. Patriarcham; unde petit Comune Tarvisii ~~et ipsum~~ eundem D. Patriarcham compellatis stare ipsis pactis, laudis,

dispositionibus et concordiis sive pronunciationibus habitis et factis pro Comuni et ad utilitatem Comunis et silentium imponatis ne in futurum veniat contra predicta.

Significat insuper vobis ipsum Comune quod ante predictas compositiones et lauda, maiora dampna data fuerunt ipsi Comuni, suis civibus et suis hominibus a p.... Patriarche, que statim inferius scripta sunt.

Significat Sanctitati vestre quod D. Patriarcha Gotifredus quondam pluries per vim et manu armata terram et districtum Tarvisinum cum suis intravit et castra, villas et ecclesias et cortinas destruxit comburendo, roncando et animalia et res rusticorum et aliorum hominum auferendo et homines interficiendo: quod dampnum estimat viginti millia marcharum argenti.

Item significat Sanctitati vestre, quod D. Patriarcha Pelegrinus quondam pluries per vim et manu armata terram et districtum Tarvisinum cum suis intravit et castra, villas, ecclesias et cortinas destruxit, comburendo, roncando et animalia et res rusticorum et aliorum auferendo et homines interficiendo: que dampna estimat XXV millia marcharum argenti.

Item petit ut libere permittatur uti Comite Maynardo de Goritia et nepote suo quondam Comitis Menghelgretti civibus suis sicut ipsi Comuni tenentur et tamquam civibus suis.

Item supplicant Sanctitati vestre Tarvisini, ut faciatis dissolvi et relaxari iuramentum et pacta inter Patriarcham Aquilegensem et Paduanos, quoniam

laicorum qui circa ...

illa pacta et sacramentum ad ignominiam et dedecus Ecclesie Aquilegensis spectant et nos tamquam membrum Aquilegensis Ecclesie et pro honore prenominate Ecclesie petimus et hec omnia supradicta dicimus, salvo omni iure addendi et salvo omni alio iure Civitatis Tarvisine.

Item omnia alia suprascripta legitime probare parati sumus. His igitur et aliis hinc inde propositis coram nobis, in primis precipimus vobis frater Bertholde Aquilegensis Ecclesie Patriarcha in nostra presentia constituto et procuratori vestro et per vos omnibus servitoribus vestris et Ecclesie Aquilegensis et universis qui sunt de parte vestra et specialite Comuni Padue et omnibus Paduanis, auctoritate legationis qua fungimur et ex debito nobis prestito iuramento,

Corr^a (sic)

o vestra (sic) ut servetis (vestram?) perpetuam pacem et securitatem plenam in personis et rebus Comuni et hominibus Tarvisinis et omnibus qui sunt de parte sua et universis fautoribus eorundem, nominatim

i pro omnibus discordiis, controversiis, werris, incendiis, dampnis datis,

cum cautionibus rapinis, captionibus et capturis et omnibus aliis offensionibus, iniuriis et maleficiis commissis et factis inter vos et vestros predecessores et omnes fautores vestros et universos qui sunt de parte vestra ex una parte: et Comune et homines Tarvisinos et eorum factores et omnes qui sunt de parte sua ex altera. Itaque pro supradictis omnibus nullam vindictam, nullam guerram, nullam offensionem, nullam querelam vel retentionem aliquo tempore faciatis, salvis

omnibus mandatis nostris que inferius subscribuntur et aliis mandatis nostris que vobis duxerimus facienda.

Eodem modo precipimus vobis Iacobo Theupolo Potestati et Vasin guerre de Vidore et Albertino Conradi syndicis seu actoribus vel procuratoribus Comunis Tarvisii in nostra presentia constitutis nomine ac vice ipsius Comunis et per vos eidem Comuni ut non inquietetis D. Bertholdum Aquilegensem Patriarcham et procuratores eius et ipsam Ecclesiam, nec perturbetis seu molestetis vel impediatis aliqua ratione, quo minus de cetero quiete et pacifice habeat, teneat et possideat vel quasi possideat infrascripta castra, loca et villas, silicet locum de Medadis et eius curiam, curiam S. Paulis castrum et curiam Caneve cum omnibus eorum pertinentiis et omnia loca, castra, curias, villas, vicos cum omnibus eorum pertinentiis constitutas et constituta ab aqua Liquentie usque ad Ducatum Meranie et a montibus usque ad mare per totum Forum Iulii et sic in predictis locis laudum et sententiam Guillelmi de Osa Potestatis Verone et Consulum Mantuanorum scripta per manum Persone notarii millesimo centesimo nonagesimo tertio, indictione XI precipimus et laudamus ut vos Potestas et Syndici vice Comunis et ipsum Comune Tarvisii Monasterium de Piro cum omnibus suis pertinentiis tam in spiritualibus quam in temporalibus quiete dimittatis eidem Patriarche eiusque procuratoribus pacifice ipsum habere permittatis

laicorum qui circa ...

et ei restituatis: nec ipsum Patriarcham et eius procuratorem vel aquilegensem ecclesiam super eo ulterius impediatis vel aliquatenus molestetis.

Item precipimus vobis Potestati et Syndicis Tarvisinis et per vos toti Comuni ut libere et absolute eundem Patriarcham et eius procuratorem et Aquilegensem Ecclesiam predicta omnia habere et in eis plenam iurisdictionem exercere de cetero permittatis, nec aliam exactionem, collectam, angariam, parangariam seu aliquod aliud gravamen imponatis vel iurisdictionem aliquam exerceatis in omnibus bonis et iuribus nominatis et quicquid ex eis tenetis eidem Patriarche eiusque procuratori infra xxx dies proximos restituatis et dimittatis omnino et de ipsis vos ulterius non intromittatis.

Item dicimus et laudamus atque precipimus vobis Potestati et Syndicis Comunis Tarvisii et per vos eidem Comuni ex eiusdem debito iuramenti, ut Gabrielem de Prata et Federicum fratrem eius et Andream atque Guarnerium de Pulcinico et omnes alios liberos seu francos et universas personas in Foro Iulii constitutas, que sunt vobis et Comuni Tarvisii obligate iuramentis vel aliis quibuscumque obligationibus astricte et fideiussorias cautiones seu per alias qualescumque securitates ut cives fierent Tarvisini et vos cum suis terris et hominibus adiuvarent in Foro Iulii constitutis, infra xxx dies absolvatis penitus et fideiussores eorum ad hoc datos absque omni tentione (sic) absolutos et liberos dimittatis et ut condempnationes factas a Comuni Tarvisii de Gabriele

de Prata de quinque milibus libris venetis in una parte et decem milibus in alia, revocetis et penitus relaxetis et fideiussores propter hoc datos liberetis et dimittatis penitus absolutos.

Item precipimus vobis Potestati et Syndicis et per vos Comuni Tarvisii auctoritate legationis qua fungimur et ex debito nobis prestiti iuramenti, quatenus infra xxx dies universa statuta vestra facta contra ecclesiasticam libertatem et specialiter de feudis ecclesiasticis alienandis ab apostolica Sede et D. Imperatore cassata, de capitularibus vestris abradatis et de cetero ut similia nullatenus resumentes ulterius non servetis et quicquid eorum omne factum est, decernatis irritum et inane. A petitione vero quam vos frater Patriarcha et procurator vester super castro Brugnarie et Medua cum eorum pertinentiis et super villa de Lacu et Albino et Albinella et omnibus terris et casamentis positis in Civitate Tarvisii in ora que dicitur Fontana Olive et de fossato navigii destruendo et super episcopatu Cenetensi et omnibus possessionibus et locis ad eundem episcopatum pertinentibus et arce episcopali a Comuni Tarvisii fabricatis, salvo omni iure Ecclesie Cenetensis, vos potestatem et Syndicos vice ac nomine Comunis Tarvisii et Comune ipsum absolvimus.

Ad omnibus vero aliis petitionibus supradictis inter vos Patriarcham et Tarvisinos factis, utramque partem absolvimus. Insuper vobis Frater Patriarcha et procuratori vestro et Potestati et Syndicis Tarvisinis et ipsi Comuni precipimus ex debito nobis prestiti iuramenti quatenus

infra xx dies proximos, omnes captivos solutis wadiis et expensis
(sive Wadiis?)
absolutos liberos dimittatis.

Acta sunt hec Bononie in palatio D. Episcopi Bononiensis. Supradictus vero D. Legatus precepit mihi infrascripto Santelmo publico Notario ut de predictis omnibus plura conficerem instrumenta. Huius rei testes fuerunt Domini Simon Archiepiscopus Ravennas, Henricus Bononiensis, Maynardus Imolensis episcopi; Donatus Prepositus Ravennas; Raynerius Prior de Reno, Magister Trincedus canonicus Bononiensis, Magister Bendies capellanus D. Episcopi Bononiensis, Andreas canonicus Bononiensis, Domini Ugolinus Bazarotus, Wigardinus et Jacobus Balduini Bononienses doctores legum.

Ego Santelmus Papiensis imperialis curie notarius his omnibus interfui et de suprascriptis omnibus hanc chartulam iussu predicti D. Legati scripsi.

1221. 13 Settembre. Modena. Il cardinale Ugolino di Ostia Legato apostolico, commette al vescovo di Trieste (Corrado) che assolva Bertoldo patriarca di Aquileja, forse reo d'incendi nelle passate guerre con Treviso; purchè presti pegno pel pagamento della vigesima.

Venerabili in Christo fratri [Conrado] Dei gratia episcopo Tergestino, Hugo miseratione divina Ostiensis et Velletrensis episcopus, Apostolice Sedis Legatus, salutem in Domino. Quia venerabilis pater (Bertoldus) Aquileiensis patriarcha propter guerras, quas habuit cum Trevisinis, reum se incendiorum forsitam recognoscit, presentium vobis auctoritate mandamus, quatinus, recepto ab eo, quod mandatis nostris pareat, iuramento, ipsum ab excomunicationis vinculo absolvatis; conferatis etiam sibi munus absolutionis, si iurare voluerit stare mandatis nostris, pro vicesima non soluta. Cui postmodum precipiatis ex debito iuramenti; ut pro eadem vicesima pro se et diocesi sua et diocesi Concordiensi pignora mille marcarum vobis faciat assignari, computando quicquid solutum est vel etiam debet solvi, mittatque nobis per litteras suas ut pignora, que habuimus pro discordia quam habuit cum Tarvisinis, pro prefata vicesima teneamus. Datum Mutine idibus septembris.

Dal Registro del Card. Ugo d'Ostia. Roma 1890. pag 113.

Cor^d (sic)

1221 12 Settembre? Mertasdorf, in Carinzia. Enrico di Villalta vende all'arcivescovo di Salisburgo dei beni in Egesaltorf presso San Stefano di Friesach. (Vedi l'atto 1223 30 aprile di donazione dei detti beni al capitolo di Salisburgo).

Anno ab incarnacione domini MCCXXI. II idus Septembris. Ego Heinricus de Villalta confiteor me vendisse domino Heberardo Salzburgensi archiepiscopo predium, quod habui in Carintea Egesaltorf apud Sanctum Stephanum situm iuxta Frisacum, cultum incultum pratis et pascuis (sic) nemoribus et omnibus suis pertinenciis pro marcis DL argenti: Confiteor me marcas C et pignora pro CCC incontinenti de predicta recepisse pecunia et dedi inducias domino archiepiscopo de marcis CC usque ad nativitatem domini proximo venturam et usque ad proximam quadragesimam mediam de CL, item de marcis C usque ad usque ad proximam pentecosten venturam. Econtra predictus archiepiscopus firmiter promisit, quod si in prenominatis terminiis (sic), prout expressum est, predictam non solveret pecuniam, pignora que mihi obligaverat penes me remanerent, ita ut de cetero ei repetendi non habeat facultatem et donacio non teneret, vendicio etiam esset irrita et vacua. Et si casu contingente preter culpam archiepiscopi pecunia dum esset in via perderetur, usque ad X ebdomadas (sic) sibi dedi inducias. Econtra ipse predicto archiepiscopo fide data promisi, quod ad hoc meos inducerem heredes quod donacionem similiter et venditionem quam feci, ratam tenerent et firmam nec unquam aliquo tempore precedente contradicerent vendicioni. Insuper etiam promisi, quod ipsum per amicos meos, quos ad hoc vellet eligere et per manum tabellionis certum redderem, quod si medio tempore me mori contigerit, predicta pignora sibi cum omni restituerentur integritate. Et in predictis terminiis sicut superius dictum est, me vivente pecunia fuerit soluta,

pignora similiter restituantur. Acta autem hec apud Mutasdorf, ante ecclesiam, XII die intrante Septembri; testes ad hoc vocati et rogati sunt: Karolus primus (sic) Secoviensis episcopus, comes Wilalmus senior de Hunnebuch, Cuonus de Werben, Albertus de Nolltain, Otto de Mosaiden, Cuonradus et Martinidus de sancto Michaele, Rudigerus et Wolricus de Cetse ministeriales, Walterus de Ruth, Dietricus de Malentin plebani et alii quam plures.

Perg. orig. dell'i. r. arch. di Stato, Vienna.

1221. circa Settembre. Modena?. – [Giordano] vescovo di Padova scrive al Legato Card. Ugo d'Ostia, sull'esazione della vigesima d'Aquileja; sulla provvisione di un beneficio vacante nella diocesi di Padova e sulla colletta da imporsi al clero della sua diocesi.

Venerabili patri et domino Hugoni Dei gratia Ostiensi et Velletrensi episcopo, Apostolice Sedis Legato, Jordanus sola [Dei] miseratione Paduanus episcopus, licet indignus, debitam cum subiectione reverentiam. Noverit paternitas vestra me nuper recepisse pro vicesima ab infrascriptis clericis Aquilegensis diocesis pecuniam et denarios infrascriptos, videlicet a capitulo Aquilegensi et a quibusdam canonicis eiusdem Ecclesie, qui vobis fidem fecerunt, sexcentas et xv libras denariorum venetorum parvorum, et dicebatur quod receperatis a preposito de Carnea pro Philippo Aquilegensi canonico xxviiii. libras, que in numero sexcentarum et xxv. librarum esse debebant, prout in vestro scripto contineri dicebatur, et centum et xxxv libras venetorum parvorum a preposito Sancti Stephani in Aquilegia, et centum et LXXI. libras venetorum parvorum pro abbatissa Sancte Marie in Aquilegia, et xxxi libras et unum soldum a decano Civitatensi, et tres marcas et dimidiam et xx denarios aquilegensis monete de soldis xiii. et denariis IIII. pro marca et VIIII. libras venetorum parvorum a Garnato Aquilegensi canonico, et III. fertones aquilegensis monete, scilicet de XL denariis pro fertone, a magistro Vulrico de Butenico, et xi. libras venetorum parvorum ab archipresbytero de Artenia, et v. soldos et IIII. denarios aquilegensis monete et xv. denarios venetos grossos ab Henrico Scripzdino Aquilegensi canonico, et mediam marcam aquilegensis monete, ad numerum scilicet soldorum vi. et denariorum octo a Rodulfo de Arena pro

plebe sua, et XI soldos venetorum parvorum a plebano de Treto [lege Tarcio?], et VII. denarios aquilegensis monete, et VIII. venetos parvos a sacerdote leprosorum de Aquilegia, et tres soldos aquilegensis monete a plebano de Cerviniano, et XIII. libras venetorum parvorum a preposito Aquilegensi pro quodam suo beneficio, et CC. libras venetorum parvorum in denariis grossis ab Abbate Rosacensi, et X. libras venetorum parvorum a plebano de Catubrio, et VIII marcas aquilegensis monete, ad numerum scilicet de soldis XIII. et denariis quatuor pro marcha, ab Abbate Bellericensi pro suo monasterio, et VII. libras et XIII. soldos, et V. denarios de venetis parvis pro plebe de Glemona, et V libras venetorum parvorum minus XXVI. denariis pro plebe de Osopio. Hec autem benignitati vestre intimare curavi et predictam pecunie summam recepi a clericis supradictis; ab aliis omnibus clericis de partibus Aquilegie nichil recepi. Ad hec paternitati [vestre] supplico quod adhuc sustineatis, si canonici Paduani nondum vacans beneficium in eadem ecclesia contulerunt alicui. Ipsi enim, tum propter absentiam et tum propter infirmitates quorumdam, nondum convenire ad faciendam electionem potuerunt; sed, dante Domino, cito convenient ad canonicam electionem faciendam, et ipsam ad honorem Dei Ecclesie facere procurabunt. Preterea humiliter imploro, ut, si diffemeritis vobis aliquod auxilium exhiberi occasione collecte clero Paduano restitute, auctoritate vestra aliquibus de canonicis et abbatibus et archipresbyteris et primicerio cappellanorum districte mandetis, ut fideliter distribuant collectam inter omnes ecclesias

Corr. (sic)

secundum facultates singularum; nam si ego solus hoc facerem, magnum scandalum contra me orietur.

Dal Registro del Card. Ugolino d'Ostia Legato apostolico
Roma, 1890, pag. 111.

Cong[d] (sic)

9

1221. 1 Ottobre: Bergamo. Il cardinale legato Ugolino vescovo d'Ostia, scrive al patriarca di Grado circa la sentenza per le chiese di Aquileia e Feltre e il comune di Treviso.

Venerabili in Christo patri . . . . . Dei gratia Gradensi patriarche, Hugo miseratione divina Ostiensis et Velletrensis episcopus, Apostolice Sedis legatus, salutem in Domino. Vestre discretionis litteras benigne recepimus et, que continebantur, intelleximus diligenter. Sane quia super ostensionem instrumentorum sententiarum venerabilium fratrum patriarche Aquilegensis et Feltrensis episcopi et communis Tarvisini dubitastis, presentium vobis significatione mandamus, quod nos scripsimus patriarche et episcopo memoratis, ut sententias ipsas, in autenticam scripturam redactas per Lantelmum Parisiensem publicum notarium, vobis debeant demonstrare; quibus plenam fidem adhibentes, restituatis pignora Tarvisinorum, cum ea que in ipsis sententiis fieri iussimus ad certum terminum, vel que in presenti expedient adimpleri, fuerint executioni mandata. Pro mora autem patriarche Aquilegiensis non restituatis eidem absque nostro mandato et licentia speciali, quia Romane Ecclesie tenetur non in modica pecunie quantitate; Datum Pergami Kalendis octubris.

Ar. 115

Cord (sic)

10

1221. 1 Ottobre. Bergamo. Il Card. legato Ugolino d'Ostia scrive al patriarca di Grado circa la sentenza per le chiese di Aquileja e Feltre e il comune di Treviso.

Venerabili in Christo patri .... Dei gratia Gradensi patriarche, Hugo miseratione divina Ostiensis et Velletrensis episcopus, Apostolice Sedis legatus, salutem in domino. Vestre discretionis litteras benigne recepimus et, que continebantur, intelleximus diligenter. Sane quia super ostensionem instrumentorum sententiarum venerabilium fratrum patriarche Aquilegensis et Feltrensis episcopi et communis Tarvisini ..bitastis, presentium vobis significatione mandamus, quod nos scripsimus patriarche et episcopo memoratis, ut sententias ipsas, in autenticam scripturam redactas per Anselmum Papiensem publicum notarium, vobis debeant demostrare; quibus plenam fidem adhibentes, restituatis pignora Tarvisinorum, cum ea que in ipsis sententiis fieri iussimus ad certum terminum, vel que in presenti expedient adimplere, fuerint executioni mandata. Pignora autem patriarche Aquilegensis non restituatis eidem absque nostro mandato et licentia speciale, quia Romane Ecclesie tenetur non in modica pecunie quantitate. Datum Pergami kalendis octubris.

fol. 115.

Cong^d (sic)

1221. 17 Luglio, Treviso. Il Consiglio del Comune di Treviso elegge due procuratori per le trattative di pace con il patriarca d'Aquileja, il vescovo di Belluno e con Padova

In Christi nomine. Anno domini m.cc.xxi. indictione nona, die sabbati quintodecimo exeunte iulio, in presencia dominorum Lodoici iudicis et assessoris potestatis infrascripte, Liconorcis magistri Gostantini Radivi, Tysonis de Lano, Gualfredi de Robegnano iudicum, Ranbaldi de Guidoto, Gabrielis de Gostantino, Madii de Carobio, Sancii Manfredi notarii de sancto Martino, Ioannis de Todaldo, Zanelli de Costis notariorum. Dominus Iacobus Teopulus Tarvisina potestas, nomine communis Tarvisii et universitatis communitatis eiusdem in pleno et generali consilio ad campanam convocato, verbo et consensu tocius consilii et ipsi de consilium fecerunt et constituerunt dominos Vakenguerram iudicem de Vidore et Albertinum filium d. Conradi de Albertino nuntios, syndicos, actores et procuratores communis Tarvisii et eiusdem universitatis in agendo, defendendo, transigendo et omnia faciendo, dicendo et proponendo coram d. Hugone Deigratia Ostiensi et Velletrensi episcopo, Apostolice sedis legato, in omnibus et super omnibus discordiis, litibus, causis et controversiis vertentibus et que verti videntur inter d. Bertholdum Aquilegiensem patriarcham et patriarcatum, et d. Philippum Feltrensem et Bellunensem episcopum et episcopatum, et commune Padue ab una parte, et commune Tarvisii ex altera, promittentes supradicta potestas nomine communis et homines illius consilii pro ipso communi firma et rata habere et tenere omnia quecumque supradicti procuratores ambo vel unus ipsorum absente altero vel presente fecerint vel fecerit in supradictis omnibus vel aliis spectantibus vel necessariis ad supradicta, et nulla ratione vel occasione contra venire. Actum Tarvisii in domo communis. ego Iacobinus sacri palatii notarius rogatus interfui et scripsi.

Ego Pasquitellinus Papiensis imperialis curie notarius auctenticum huius exempli vidensegi, et cui in eo continebatur, ita in hoc legitur exemplo, preter litteram vel sillabam plus minusve, et hoc exemplum iussu predicti domini legati scripsi et autenticavi.

fol. 42.

Cor^d (sic)

1222, 25 novembre. Roma. Bolla di Papa Onorio III a favore dell'Ospitale dei lebbrosi di Portogruaro

Honorius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Magistro et fratribus domus leprosorum Sancti Stephani protomartyris et Sancti Lazari salutem et apostolicam benedictionem. Gratam nobis et hominibus officii nostri prosequimur actionem quotiens vos et alios quos manus Domini lepre morbo percussit in iustis petitionibus exaudimus. Eapropter dilecti in Domino filii, vestris iustis precibus inclinati, personas vestras et locum in quo divino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis que in presentiarum rationabiliter possidet aut in futurum iustis modis prestante Domino poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, specialiter autem libertates (sic) vobis dilecto filio ..... Concordiensi electo diocesano vestro et venerabili fratri nostro ..... Aquilegensi Patriarche loci Metropolitano de Capitulorum suorum assensu pia et provida liberalitate concessas sicut eas iuste canonice ac pacifice obtinetis, vobis et per vos eidem domui vestre auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Laterani VIII Kal. Decembris, pontificatus nostri anno septimo.

Dal vol. Ms. Statuta Terrae Portusgruarii; Bibl. Florio in Udine.

Cor^d (kc)

1221, 6 decembre. Aquileja. Ermannuccio di Rodeano cede ad Henrico di Rodeano ed eredi alcuni feudi che teneva dai Signori di Spilimbergo, Zucola, Valvasone, Ragogna, Arcano ed altri.

Da copia scorretta nell'Arch. Spilimbergo in Domenicis, Vol. Arbori p. 164. —

In nomine Domini amen. Anno Domini MCC vigesimo primo, die sexto intrante mense decembris indictione nona, Hermannutius de Rodeliano dilectionis et affectionis et hereditarie successionis intuitu presente D. Bertoldo Dei gratia Sancte Aquilegensis ecclesie Patriarcha et D. Johanne fratre Predicatorum et D Johanne de Portis et V. . . . et aliorum cessit, dedit atque tradidit Domino Henrico de Rodeliano et eius heredibus omnia iura, omnesque actiones et rationes reales et personales que sibi ~~...~~ iure vel usu habebat vel habere poterat in feudum in Rodeliano a D. Burgognis et in Sancto Daniele a D. Vergolone et Bolino et a D. Johanne de Zuchula quidquid habebat in Villa Cisterne a Bonoforte filio quondam Wl de Volfesono et quidquid habebat in Villa Turide a D Mainardo de (Ragogna) et quidquid in Gruarco a D Sigiberto de Arcinio et ... ad faciendum molendinum quem habebat ab illis de Tricano et insuper omnem hereditatem suam ad ipsum pertinentem, ita quod servientem necessaria quamdiu vixerit debeat amministrare et insuper in proximo festo Purificationis S. Marie venturo XII marchas aquilegensis monete ei deberet persolvere et dedit ei nuncium D. Johannem de Portis qui eum mitteret in tenutam rerum supradictarum.

Actum Aquilegie in capella patriarchali in presentia suprascriptorum testium

Ego Conradus imperiali auctoritate notarius interfui et rogatus hanc cartam scripsi et corroboravi.

Cord (sic)

1221 Privilegi accordati dal Patriarca d'Aquileja Bertoldo all'Ospitale di S. Lazzaro dei lebbrosi di Portogruaro. II

13

B(ertoldus) Dei gratia Aquilegensis sedis Patriarcha Ecclesie Beati protomartiris Stephani et Sancti Lazari et dilecto in Christo filio D(ietrico) Concordiensis Ecclesie magistro scolarum in perpetuum. Quia venerabilibus locis, domibus Dei dare favorem et parere propitium prestare et de officio sollicitudinis nobis iniuncte tenemur iustis filiorum peticionibus nos condecet annuere et eas effectu prosequente complecti, ea propter universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris notum esse cupimus, quod omnes ordinationes et institutiones a D. Concordiense olim Episcopo et Al(merico) eiusdem Ecclesie electo factas et ab antecessore nostro sancte memorie Wol(fkero) Patriarcha confirmatas et auctorizatas tam in possessionibus a dilecto fratre D(ietrico) Concordiensi Magistro scolarum collatis et conferrendis eidem Ecclesie et loco venerabili Domino auxiliante futuro Ospitali quam etiam in exemptione et libertate eiusdem loci et Ecclesie et in omnibus et per omnia sicut continetur in instrumentis per manum Ottolini et Morandi confectis ad instantiam dicti Magistri dicti loci fundatoris devotissimi et pro sustentamento leprosorum ibidem commorantium sub Portugruario confirmamus et corroboramus et auctoritate patriarchali statuimus et secundum dictam formam et tenorem sub sigillo nostro in perpetuum communimus, dictum Magistrum et successores suos et prelibatum venerabilem locum cum omnibus pertinentiis suis et omni iure suo in protectione nostra suscipientes. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contra ire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum martirum Hermacore et Fortunati et eiusdem Protomartiris et beati Lazari amici Dei et nostre sententiam excomunicationis se noverit incursurum.

Dal Vol. MS. Statuta Terre Portusgruarii p. 166. Bibl. Florio.

Corg (hc)

14

1221 Almerico vescovo eletto di Concordia conferma le esenzioni ottenute dall'Ospitale di S. Lazzaro dei lebbrosi di Portogruaro.

Nos quidem Almericus Dei gratia Concordiensis Episcopus electus pie intentionis et laudabilis operis propositum Dietrici Concordiensis Ecclesie Scolastici attendentes, nec non decessoris (sic) nostri Wol(rici) venerabilis Episcopi vestigia sequentes, consilio et precibus domini nostri Wolfkeri Dei gratia Aquilegensis Ecclesie Patriarche et ma uctoritate ac nostra secundum quod aclamatum fuit per D. Angelum Capralanum Episcopum vice nostra Ecclesiam dicti D(ietrici) consecrantem et secundum quod denunciatum fuit per fratrem nostrum bone memorie die consecrationis eiusdem Ecclesie et secundum formam instrumentorum que confecta sunt per Otolinum et Morandum notarios, totum locum illum ubi Ecclesia edificata esset ipsam Ecclesiam et futurum ibidem ospitale Domino auxiliante, liberum et absolutum et ab omni iugo servitutis et dominationis omnium mortalium esse volumus et constituimus omnimodis secundum descriptionem supradictorum instrumentorum. Ad maiorem igitur evidenciam firmitudinis inviolate et inconvulse, hanc paginam inde sigillo nostro insigniri fecimus (1).

B. Dal Vol. MS. Statuta Terre Portusgruarii p. 166. Bibl. Florio

(1) Vedi Atto 1229, 8 aprile.

Corg (sic)

1222 24 febbrajo Pisino. Donazione fatta dal conte Mainardo di Gorizia e cognata Matilde contessa di Pisino di terre in Rovenazzolo al Monastero di S. Pietro in Selva (Istria)

estratto nel cod. dipl. Istriano

Ms. de Rubeis p. 150. CC. XIV. Lodovico Bellamano, tratto dall'Archivio Capitolare di Montona.

In nomine Domini nostri Jesu Christi, anno nativitatis ejusdem MCCXXII, ind. X die V exeunte Mense februarij. Illis perlegentibus, que dicentur inferius. D. Maynardus Comes de Gorizia cum Cognata sua D. Maytild Comitissa de Pisino et cum Nepote suo D. Maynardo Comite pro se eorumque successoribus vel heredibus dederunt Monasterio S. Petri de Sylva Possessiones terrarum quas videbantur habere et possidere in loco qui dicitur Rovenzolo cum montibus, vallibus, sylvis, pratis et cum omnibus eidem loci pertinentibus, et eret ac hic et de ab uno capite coheret eis terris hominibus Monthone, aliud caput firmat in terris Martini Sgonzadi et Stephani de Luciano; uno latere firmat in terris hominibus de Vualta. Que possessiones terrarum dictos Comites habebant ex vendita D. Ricardi de Monthona. Et hoc supradicti Comites una cum supradicta D. Maytild Comitissa fecerunt datum etc..... in manibus D. Johannis Abbatis dicti Monasterij et suis Fratribus vel successoribus pro remedio anime D. Engelperti Comitis olim defuncti; tali ordine dictas possessiones terrarum ceperunt dicti Abbates infrascripto Monasterio, quod ipse vel sui successores eas non possint vendere, donare, nec alicui in feudum dare, nisi esset causa necessitatis, quod absit, in restaurationem supradicti monasterii. Promittentes supradicti Comites, supradicta D. M. Comitissa dictas Terras contra omnem hominem warentare, defensare cum pro aliquo tempore plus vel minus valuerint, sub pena XXII librarum puri et optimi auri. Actum in Pysino ante Ecclesiam. Testes ibi fuerunt rogati D. Mainardus

laicorum qui circa eum

Petri D. [illegible] Horthora D. Vladarius
et Gasparis D. Carolus D. Vladarius de Cruce et
aliis.
Ego Stanislaus notarius [illegible] D. [illegible]
[illegible] consignavi atque roboravi. —

1222, 5 Maggio (Aquileja). L'Arcidiacono d'Aquileja rinunzia al Capitolo di Aquileja, corte, case e torri, che ne reinvesta il suddetto Arcidiacono ed Enrico di Villalta canonici aquilejesi verso un annuo censo. 16

Anno Domini MCCXXII .... indictione X. Actum Aquilegie in camera maioris Ecclesie, quinto die intrante Madio, in presentia D. Johannis Prepositi S. Felicis. - - -

- - - - - - - - -

D. Henricus Archidiaconus dedit et refutavit curiam et domos atque turres quas ipse Henricus a Capitulo Aquilegensi habebat cum omni iurisdictione sibi pertinente, in manibus D. Leonardi Emonensis Episcopi et Aquilegensis Canonici, ad agendum et disponendum in eis quidquid ipsum Capitulum voluerit. Ibidem prefatus Episcopus pro se et dicto Capitulo presente et consentiente nominatam curiam et domos atque turres prefatas cum omni iurisdictione prefato Capitulo pertinente, dedit et investivit nominato Henrico Archidiacono et Henrico de Villalta Aquilegensibus Canonicis tantum in vita sua gaudendas et potius meliorandas quam deteriorandas, annuatim in festo Sanctorum Jacobi et Philippi unam marcham monete solvendo prefato Capitulo, quam Henricus de Villalta promisit se daturum omni anno, ita quod non habeat potestatem alienandi nec impignorandi aliquo titulo dictam curiam et domos ac turres et si ita ~~quod non habeat~~ contigeret ut aliquis eorum ambo promoverentur ad dignitatem episcopatus, nemini eorum sit licitum prefatam curiam et domos ac turres presumere alicui laice persone aliquo titulo dare.

Ego Albertus imperiali auctoritate Notarius prefatis interfui

et rogatus duas cartas in uno tenore scripsi et unam uni parti et unam alteri....

Da copia nella Bibl. Florio in Udine dall'orig. già nell'Archivio Capitolare di Aquileja.

17

1222, 5 maggio. Aquileja. Il Capitolo d'Aquileja dà l'investitura di corte, case e torri in Aquileja ad Enrico di Villalta ~~[illegible]~~ arcid. e canonico d'Aquileja.

Da copia donata da mons. Fr. Florio, nel Vol. Mss. di Documenti. Bibl. Florio.

Anno Domini MCCXXII. ind.... die iovis. Actum Aquilegie in camera maioris Ecclesie quinto die intrante madio, in presentia D. Johannis Prepositi S. Felicis et.... D. Henricus Archidiaconus dedit et refutavit curiam et domos atque Turres quas ipse Henricus a Capitulo Aquilegense habebat cum omni iurisdictione sibi pertinente in manibus D. Leonardi Emonensis Episcopi et Aquilegensis Canonici ad agendum et disponendum in eis quidquid ipsum Capitulum voluerit. Ibidem prefatus Episcopus pro se et dicto Capitulo presente et consentiente nominatam curiam et domos atque Turres prefatas cum omni iurisdictione prefato Capitulo pertinente dedit et investivit nominato Henrico Archidiacono et Henrico de Villalta Aquilegensibus Canonicis tantum in vita sua gaudendas et potius meliorandas quam deteriorandas, annuatim in festo Sanctorum Jacobi et Philippi unam marcham aquilegensis monete solvendo prefato Capitulo: quam Henricus de Villalta promisit se soluturum omni anno; ita quod non habeat potestatem alienandi nec inpignorandi aliquo titulo dictam curiam et domos ac Turres: et si ita contingeret, ut aliquis eorum seu ambo promoverentur ad dignitatem

laicorum qui circa....

episcopatus, nemini eorum sit licitum prefatam curiam et domos ac Turres preponere alicui laice persone aliquo titulo dare.

Ego Albertus imperiali auctoritate notarius prefatis interfui et rogatus duas cartolas in uno tenore scripsi, unam cui parti et unam alteri. -

1222, 10 Maggio. Padova. Il Capitolo d'Aquileja fa protesta al Priore di S. Benedetto e subdelegato del Papa, con protesta contro l'elezione di un canonico di Aquileja fatta dal Papa, essendo pieno il numero delle prebende.

In nomine Domini Dei eterni. Anno eiusdem nativitatis M.CC.XXII. Indictione X. die X intrante Madio. Actum fuit Padue in camera domini Dainisii canonici Paduani, presentibus D. Widone Barato canonico Paduano. Arpo de sancto Vito. Henregeto clerico de Vedeita. Fabilio canonico sancti Felicis de Aquilia. et aliis.

D. Henricus canonicus Aquiliensis litteras presentavit D. Dainisio canonico Paduano ex parte Capituli Aquiliensis Ecclesie eius sigillo sigillatas. quarum tenor talis est:

Venerabilibus in Christo fratribus et dominis Jordano (1) Priori sancti Benedicti et DD. Pape subdelegato canonico Paduano. L. [?] Aquiliensis Ecclesie Vicedecanus totumque eiusdem Ecclesie Capitulum. salutem et orationes in Domino. Cum tam prompto obsequio quam devoto litteris vestris ea qua decuit honestate receptis. quamplurimum cepimus admirari. quod cum in Ecclesia nostra certus sit deputatus numerus prebendarum. nec ad presens vacet aliqua in eadem. litteras a Sede apostolica recepistis. in modum qui nobis satis patuit per rescriptum. ut Johannem Beneventanum. eligeremus in Canonicum et in Fratrem. Unde easdem litteras impetractas credentes firmiter absque Domini Apostolici conscientia et obtentas. presertim cum absonum. et omni equitati contrarium dinoscatur. alicui assignari prebendam nulla vacante finitoque numero prebendarum. Vestram providentiam in quantum possumus attentius exoramus. quatinus nostrarum precum obtentu et ut exinde nos deinceps devotissimos omni tempore esse sit [?] occasione litterarum. quas supradictum Johannem ad vos adversum nos falso credimus impetrasse. nos inquietare supersedeatis pariter.

p. 228

(1) In Chron. Rolandini (Murat., Rer. Ital. Script. VIII., lib. IV) legitur, quod Imperator Federicus Vicentie degens (circa annum 1240) D. Jordanum Priorem S. Benedicti de Padua (qui per biennium detentus fuerat in carcere a Frederico) donavit domino Patriarche Aquilensi.

et gravare: Alioquin non in vestrarum personarum contemptum sed ut ius nostre Ecclesie integrum conservaremus ad sedem apostolicam appellamus. Ceterum volumus vos latere quod D. Henricum confratrem nostrum latorem presentium sindicum et procuratorem nostrum ~~quid fecerit~~ constituimus in hac causa firmum ac ratum quidquid fecerit habiturum.

. . . Post hec iamdictus D. Henricus canonicus Ecclesie Aquilegensis. sindicus et procurator ipsius Ecclesie et capituli, et in presentia dictorum testium. coram dicto D. Dainisio dicens quod dicta Ecclesia habet certum numerum prebendarum. et si Dominus Papa hoc scivisset non tales litteras ei dedisset. dicens etiam quod dictus Johannes habet bonum stipendium a D. Patriarcha. Unde dictus D. Henricus ab ipso D. Dainisio iudice delegato viva voce appellavit et ipsum et Ecclesiam Aquilegensem et Capitulum in protectione D. Pape posuit dicens etiam quod littere essent impetrate tacita veritate 1).

Cor (sic)

Ego Turnabene notarius filius presbiteri de Bacho interfui et iussu D. Henrici hanc scripsi.

1) Alterum sequitur simile Instrumentum in Ecclesia S. Benedicti, ubi D. Henricus presentavit litteras Dno Jordano supranominato.

1222, 20 Giugno. Padova. Il Vescovo di Padova ed il Prior di S. Benedetto ... in forza di bolla di Pp. Onorio III (Viterbo 18 Febb. 1220) concede al patriarca d'Aquileja Bertoldo di vendere de' beni della sua Chiesa ad estinzione de' debiti contratti. Non ed.

Anno domini . mill. cc. xxii. Ind. x. die xi exeunte Junio. Padue in episcopali camera palacii novi . presentibus d. Henrico canonico paduano et archidiacono . d. Conrado et magistro Gerardo capellanis d. Bertholdi aquilegensis patriarche . Dominico filio q. zanboni cuzole . dominico de vichilio de padua et aliis.

Dnus d. Honorius papa tertius litteras bullatas sua bulla ut vidi et perlegi dominus Jordano dei gratia episcopo et fratri Jordano priori S. Benedicti paduanis destinavit voluit in hunc modum:

Honorius episcopus servus servorum dei venerabili fratri .... episcopo . et dilecto filio . Jordano priori S. Benedicti paduanis . salutem et apostolicam benedictionem . Venerabilis frater noster ...... patriarcha aquilegensis et suffraganei sui nobis significare curarunt . quod aquilegensis ecclesia tanto premitur onere debitorum quod nisi celeriter succurratur eidem verendum est ne non solum proventus verum etiam possessiones ipsius omnino absorbeantur voragine usurarum . humiliter supplicantes ut periculo huiusmodi occurrentes remedio salutari . alienandi aliquas de possessionibus ipsius pro extenuandis debitis memoratis licentiam concedere dignaremur. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus. quatinus quantitate debitorum ipsius ecclesie diligentius inquisita . alienandi tantum de possessionibus eiusdem ecclesie minus utilibus quod ex earum precio possit huiusmodi onus congrue relevari . eidem patriarche auctoritate nostra licentiam tribuatis . sub obtestatione divini iudicii vobis firmiter iniungentes . ut provideatis sollicite quod precium earundem

in ipsorum debitorum extenuationem sine diminutione qualibet convertatur.

Datum Viterbii XII kal. Martii pontificatus nostri anno quarto.

Iidem d. episcopus paduanus et frater Jordanus prior S. Benedicti volentes nec non cupientes in hoc mandatum summi pontificis in omnibus adimplere, dederunt, concesserunt et tribuerunt licentiam et plenam atque liberam potestatem d. Bertholdo dei gratia sancte [illegible] aquilegensis ecclesie patriarche vendendi, alienandi et distrahendi de bonis minus utilibus aquilegensis ecclesie prout sibi melius videbitur expedire ad maiorem utilitatem et comodum dicte aquilegensis ecclesie usque ad summam viginti quinque milia librarum denariorum venetorum, pro extenuandis debitis ecclesie memorate.

Ego Turpinus q. Grati filius sacri palatii notarius interfui et hec iussu dictorum dominorum episcopi et fratris Jordani prioris S. Benedicti paduanorum in concordia cum Leonardo notario clerico et capellano dict. d. aquilegensis patriarche scripsi et manu publica roboravi.

Ego Leonardus imperialis notarius interfui et iussu dictorum dominorum episcopi et fratris Jordani paduanorum subscripsi.

Arch. Capit. di Cividale, Vol. III, perg. 46.

1222, 20 giugno. Padova. Il Patriarca d'Aquileja Bertoldo ed il Comune di Padova, convengono di esentare i loro sudditi da certe gabelle.

Da perg. orig. nell'Archivio Papafava in Villanova.

20

In nomine Domini amen. Anno Domini MCCXXII, XI die exeunte junio, ind. X. D. Berthodus Dei gratia sancte Aquilegensis Eclesie Patriarcha pro nomine et Aquilegensis Eclesie ex una parte et D. Bonifacius Widonis de Wizardo Potestas Paduanus pro Comuni Padue ex altera taliter convenerunt et inter se pactum stabile firmaverunt videlicet quod idem D. Patriarcha nomine suo et Eclesie sue et pro de suisque successoribus concessit atque remisit ad plenum eidem Potestati Padue et per ipsum toti Comunitati Paduane Civitatis et eius districtus omnem mutam seu theloneum, ripaticum, pontaticum, stratiaticum, quarantisium et quintum in Aquilegia, in Austria Civitate, in Clusa, in Zirkinigo, in Sacilo, in Sublinaqua, in Sancto Stefano, in Sancto Daniele, in Fagania, in Sancto Odorico, in Campiformio, in Sancto Mauro, in Sancta Margareta, in Sancto Pelegrino, in S. Quirino, in Ospitali de Sacilo et in universis aliis locis et mercatis per totum Forum iulii et per districtum ipsius Patriarche ubicumque predicta muta seu theloneum, ripaticum, pontaticum, stratiaticum, quarantisium et quintum pertinent ad mensam et dominicalia Domini Patriarche iam dicti; ita quod homines Paduane Civitatis et eius districtus nunquam de cetero aliquam mutam seu theloneum, ripaticum, pontaticum, stratiaticum, quarantisium et quintum solvere teneantur in aliquibus locis predictis ubicumque omnia supradicta ad mensam vel ad

laicorum qui circa ...

dominicalia Aquilegensis Ecclesie apareuerunt pertinere.
Similiter ex alia parte nominatus D. Bonifacius Widonis de Vigardo Potestas Paduanus pro Comuni Paduano in pleno consilio Paduano et de licencia atque consensu et mandato ipsius Consilii Paduani concessit atque remisit ad plenum nominato Domino Patriarche et per ipsum universis hominibus de Foro julij et eius districtus omnem mutam, theloneum, ripaticum, pontaticum, strepaticum, quarantisium et quintum in Civitate Paduana et in universo ipsius districtu ubicumque Comunitas Padue habet vel videtur habere in suis dominicalibus predictam mutam seu theloneum, ripaticum, pontaticum, strepaticum, quarantisium et quintum, ita quod homines prefati de Foro julii et eius districtu numquam de cetero solvere teneantur aliquam mutam seu theloneum, ripaticum, pontaticum, strepaticum, quarantisium et quintum in predicta Civitate Padue vel eius districtu ubicumque dicta Comunitas Paduana nominatam mutam seu theloneum, ripaticum, pontaticum, strepaticum, quarantisium et quintum habet vel habere visa fuerit in predicta Civitate et districtu Paduano. Additum fuit etiam ibidem et ab utraque parte laudatum quod homines de Foro julii vel eius districtu qui exenti sunt aliquo iure de dominicalibus D. Patriarche predicti et mutam receperint de Paduanis seu theloneum, ripaticum, pontaticum, strepaticum, quarantisium et quintum eodem modo Paduane

Cors. (sic)

Communitati omnia supradicta in Civitate Paduana vel eius districtu solvere teneantur et simili modo facere teneantur homines de Padua vel Paduana hominibus de Foro julii vel eius districtu si qui exempti sint aliquo iure a dominicalibus Communitatis Padue. Et hec omnia supradicta attendere et firmiter observare perpetuo promiserunt per stipulacionem memoratus D. Patriarcha pro se suisque successoribus et pro universis hominibus terre sue et D. Bonifacius predictus pro Comuni Padue presente et consensum et auctoritatem prestante Consilio Paduano nec aliqua occasione unquam de cetero contravenire.

Actum apud Paduam in Palacio Communitatis in pleno Consilio Paduano in presencia istorum utrique concessioni et remissioni consencientium et testium rogatorum, videlicet, D. Jordani Episcopi Paduani, D. Conradi Episcopi Tergestini, D. Philippi Episcopi Bellunensis et Feltrensis, D. Conradi canonici Aquilegensis, D. Henrici canonici Paduani, D. Frederici de Kavoriaco, Artuici de Varmo, Mathei de Rivarotta, Rodulfi de Savriano, Artuici de Castelen, Jacobi de Saulo, Henrici de Canussa, Arthongi de Sorphenberch, Otolini de Glemona, Conradi dapiferi D. Patriarche et Dominorum Paduanorum, videlicet D. Nicolai de Lucio, Gerardi Zotti, Pauli de Vico Aggeris, Triberti

laicorum qui circa eum

Widonis, Bonifacini de Suvilla, Wolrici de Livinana, Carotis, Ubertini de Gravisio, Raynaldi, Henrigini de Rabertis, Paduino Parasii, Vitaliani de Medio Albere, Bertramei, Adilgerii, Pasis, Petri de Carivo, Magistri Nicolai, Azotini, Roberti, Alberti de Veluido, Eleazari, Benedicti Gambarit, Menegacii, Wannerini, Henricii, Manfredi, Adicii, Zanoti, Cerviti, Jacobini Faledrotti, Clarielli, Lanfrangi de Sophia, Bucca Lada, Ubotti de Tadis, Jacobini Fisoli, Zilioli Bari, Johannis de Holomobono, Petri Pigna, Reyneri de Trabaque, Minelli a Publica, Alberti Dentis, Zati, Conradi, Mathei Teniosi, Zanbonetti Tadi, Jacobi de Gicis, Benedicti Camoza, Patavini Belegrassi, Manfredini Pigi, Petri de Brisco, Hugonis de Gumbertino Senno, Pataviani de Bono Longo, Leonardi Cuticelle notarii, Ugonis Cavavolis tunc Ancianorum Gastaldionum Civitatis Padue, Ceti de Adelardo, Mucii de Ferandello et Pencini calegarii tunc Gastaldionum Civitatis Padue et aliorum.

Cor^d (sic)

Ego Leonardus imperialis Notarius in concordia cum Warnero Notario existens his omnibus interfui et rogatus a supradictis Domino Bertholdo Patriarcha et Domino Bonifacio Potestate Padue hanc cartam scripsi et autenticavi et sigilli D. Patriarche predicti munimine roboravi. —

1222. 3 Novembre – Polcenigo. Divisioni tra i fratelli Aldrico e Varnerio di Polcenigo.

Hoc est exemplum cuiusdam instrumenti scripti manu Dietrici notarii de Prato, cuius tenor talis est.

Anno domini millesimo ducentesimo vigesimo secundo. Indicione decima die tercio intrante Novembris. In presencia d. Gabrielis de Camino. d. Biaquini de Camino. Manfredini de Bernardino de Belluno. Bertolassi de Pulcinico. Aldrigetti de Gorza. Nicolai de Terviso. Alberti de Salsa. Leonardi Liarsu. Jannis notarii et Johannis Rubei de Colliis. Toprandi de Cavolano. Pradoloni de Coneglano. Vitte Sabii. Odorlici Zane. Enrici de Pagano. Conradi vilici. Bertoldi vilici Varneri vilici et aliorum plurium. Coram d. Odolrico Pottefano e Linenomine de Coneglano amicis arbitris electis pro concordio et pari voluntate d. Aldrici et Varnerii fratrum de Pulcinico. prenominatus d. Aldricus dedit verbum et licenciam domino Varnerio fratri suo eligendi partem paterne et materne hereditatis quam vellet a dictis arbitris designatis. Qui vero nominatus d. Varnerius incontinenti et primitus elegit. et d. Aldricus postea elegit hanc partem subscriptam. Videlicet domum veterem cum medietate curtivi versus turrem longe ab ea unum passum de comune ratione (sic) et extra murum curtivi et turris et porta atque pusterla comunalis. et vie communie secundum quod designate fuerunt. et murus inter dictarum domorum sit communis. et nemo dictorum fratrum debeat agere aliquod edificium eundi ad turrim sine consilio et voluntate alterius fratris. et facere castum blave in domo nova. et somassam atque parietem de comuni stipendio. et Enricum filium q. Pagani de Brento cum suis heredibus et bonis. et Varnerum Gacium cum uxore. et Odolricum fratrem eius cum suis heredibus et bonis. et Adalgerium filium

laicorum qui circa ...

quondam Pagani et Porcardum cum omnibus suis heredibus et bonis et dominam Stri-
ssanam cum suis heredibus et bonis et Malfactum de domina Gisla cum suis bonis. et
Elicam uxorem Dietrici Notarii cum suis bonis et Valterium de Ruculo cum uxore
sua et heredibus ac bonis. et Leonardum de Ruculo cum matre sua et suis bonis.
et Enricum de Rempretto cum uxore sua et suis heredibus. et Ermannum merca=
torem cum uxore sua et suis heredibus et bonis. et Enriguccium de Culturis cum omnibus
suis heredibus et bonis ~~Scutiferum de Dardago cum suis~~ et Venturam filium quondam Petruce cum duabus sororibus suis
et bonis. et Vomercal cum filia et suis bonis. et Palmuzam cum suis heredibus et bonis.
et Bosium atque Tranquiliam cum suis bonis et Engelendam de Dardago cum omnibus
suis heredibus et bonis. Scutifer de Dardago cum suis bonis. et Vattum ~~cum sorore~~ cum uxore
sua et heredibus ac bonis. et Brunellum cum suis bonis et Tomasinam cum suis bonis. et
Nosferdinam de Gall. cum suis heredibus et bonis. et Wanprettum de Gall. cum suis bonis
et hereditate quondam Vidonis de Pagano. et Gravisam et Niam atque Amindinam cum
cum suis bonis et dominam Soperslam filiam Granz. cum suis heredibus et bonis.
et Almericum theotonicum cum suis heredibus et bonis. et Engelmarium de Dietrico
cum omnibus suis heredibus et bonis. et Bettoldum de Fada cum omnibus suis here-
dibus et bonis. et Arturum cum suis heredibus et bonis. et Regenardum filium quon-
dam Anselmi cum fratribus et heredibus suis et bonis et Jacobum de domina Palmera
cum suis heredibus et bonis et Varnerium atque Enricum. Cecum et etiam Ottolinum
fratres cum suis bonis et filios atque filias quondam Naroldi cum suis bonis. et Capellam
cum filio suo Enrico et suis bonis. et dominam Gislam uxorem domini Pelegrini cum suis here-
dibus et bonis preter dominam Totam et Verram et Cursum atque Regenardum nepos eorum cum suis

Corz (sic)

bonis. et Odorlium filium domine Vivent cum duabus suis sororibus et bonis. et filios Enrici Lombelli ac filias cum suis bonis et filios Zoanelli cum suis bonis. et Rodulfum canparum cum suis bonis et filios ac filias quondam Pencii cum suis bonis.
Et eligit Turrim Nice cum medietate castri secundum quod designatum fuerit et porta castri atque via sit comunalis. et cum dicta Turre additi fuerunt quatuor mansi. duo iacent in Ystrago. unus quorum regitur per Aldricum de Ystrago et alter regitur per Dominicum fratrem eius filius quondam Narisotti. et duo iacent in Avriano unus quorum regitur per Johannem Bonum et per Marcum fratrem et per nepotem eorum Zaninum nomine cum omni iure de proprietate quam ipsi comuniter dictum mansum ~~[illegible]~~ tenuerunt et secundum quod continetur in instrumentis per Sallum et Gerardinum notarios. et alter regitur per Danielem et Sabadinum Paganum ~~Paganum~~. et mansum qui regitur per Pelegrinum de Gall de proprio qui reddit quatuor Staria et dimidium frumenti. et totidem milei et totidem surgi. et duas urnas vini et XL solidos porcum et unam lactivam ~~lactivam~~ et V solidos boaticum. et tres carnes. et tres azimas. et mansum de proprio qui regitur per Possam fabrum. et reddit ~~sex~~ Staria blave in tertia parte et XX solidos precum. et VIII solidos pro culta et duas carnes. et duas azimas. ~~et~~ duos solidos boaticum. et mansum de proprio qui regitur per Pisottum et qui reddit quatuor Staria frumenti. et ~~sex~~ quartas milei. et VI quartas anone. et tres quartas inter fabam et panicum et unam urnam vini et XXX solidos porcum. et unam lactivam et tres carnes et tres azimas. et V solidos boaticum. et mansum de proprio qui regitur per Paganum reddit quatuor Staria frumenti. et tres quartas milei.

~~Precum~~ così si legge per esteso nella copia ed in altri punti è abbreviato così: p̄cum cioè porcum e così deve leggersi. ~~la voce lactiva dovrebbe forse leggersi~~ ~~lactivam o lactivam.~~

et tres quartas surgi. et tres quartas fabe et panici et unam urnam et
dimidiam et unam lactivam. et unam urnam vini. et XXX solidos porcum. et tres
carnes ovem et tres azimas. et duos soldos boaticum. et mansum de proprio qui regitur
per Barganum et fratres eius reddit quatuor staria frument. et VI quartas milei et VI quartas
anone et tres quartas fabe et panici et unam urnam et dimidiam vini. et
XXX solidos porcum. et unam lactivam. et tres carnes et tres azimas. et V solidos boaticum.
et mansum de proprio qui regitur per Durilum de Lamma. reddit quatuor staria frumenti.
et sex quartas milei. et VI quartas anone. et tres quartas fabe et panigi et unam et dimi-
diam urnam vini et XXX solidos porcum et unam lactivam et tres carnes. et tres azimas.
et V solidos boaticum. et mansum qui regitur per quinque annos de proprio. reddit duo staria
frumenti. et duo congia vini. et XX solidos porcum. et IV solidos colecte. et duos
solidos boaticum. et duas carnes et duas azimas. et mansum de proprio qui regitur per Alberti-
num Decasum, reddit quatuor staria frumenti et tres quartas milei. et tres quartas surgi.
et tres quartas fabe et panigi et unam urnam vini. et XXX solidos porcum. et unam lactivam.
et tres carnes et tres azimas. et II solidos boaticum. et mansum de proprio qui regitur
per Martinum de Lamma. reddit tria staria frumenti et tres staria anone. et unam urnam
vini et unum ruculinum, et XX solidos porcum et duas carnes et duas
azimas. et duos solidos boaticum. et mansum de proprio qui regitur per Aylinum
de Costa. reddit unum modium blave in tercia parte, et unam lactivam. et unam urnam
vini. et XXX solidos precum et duas urnas vini. et XL solidos precum. et unam lactivam.

Cor[d]. (sic)

et tres carnes. et tres azimas. et duos solidos boaticum. et mansum de proprio qui
regitur per Johannem de Lamma reddit unum modium blave in tertia parte. et
unam lactiviam. et unam urnam vini. et xxx solidos porcum. et tres carnes. et tres
azimas. et v solidos boaticum. et mansum de proprio qui regitur per Ambrosium de Colle
reddit quatuor staria frumenti. et tres quartas milei. et tres quartas annone. et tres quartas
fabe et panizi. et xx solidos porcum et unam lactivam et unam urnam vini.
et tres carnes et duas azimas. et duos solidos boaticum. et mansum de proprio qui regitur
per Laurentium de Barro reddit xv quartas frumenti. et xv quartas milei et xv quartas
surgi. et unam urnam vini. et xx solidos ~~porcum~~ porcum. et unam lactivam et ~~xx~~ duos solidos ~~porcum~~ boaticum.
et tres carnes. et tres azimas. et mansum de proprio qui regitur per Agenamerum fabrum reddit
unum modium blave in tertia parte. et unam urnam et dimidiam vini et xxx solidos ~~porcum~~ porcum.
et unum reculinum. et duas carnes. et duas azimas. et duos solidos boaticum. et mansum de
proprio qui regitur per Ardemarum Auliverii reddit novem staria blave. et unam
urnam vini. et unam lactivam et porcum ad voluntatem domini. et duas carnes. et duas azimas.
et ~~duas~~ duos solidos boaticum. et mansum de proprio, dezmasatum, qui regitur per Bolgarellum. reddit novem
quartas frumenti. et IX quartas milei. et IX quartas surgi. et xx solidos porcum. ~~et duas carnes.~~ et unam
urnam vini et unum reculinum. et duas carnes. et duas azimas. et duos solidos boaticum
~~et duas azimas.~~
et mansum de proprio qui regitur per Coradum de Egidio reddit novem staria blave in
tercia parte. et unam urnam vini et unam lactivam. et xx solidos porcum. et duas carnes.
et duas azimas. et duos solidos boaticum. et mansum de proprio qui regitur per Gabrielem et
reddit novem staria blave in tercia parte. et unam urnam vini. et xx solidos porcum.

et unum vaculinum. et duas carnes. et duas aginas. et duos solidos boaticum. et mansum
de proprio qui regitur per Leonardum Fractamissam reddit staria duo frumenti.
et tria staria ~~surgi~~ [milei]. et ~~unam urnam vini~~ tria staria surgi. et unam urnam vini. et XX solidos
porcum. et unum vaculinum. et unam urnam vini et duas carnes. et duas aginas. et
duos solidos boaticum. et mansum de proprio qui regitur per Sigardum reddit unum sta=
et dimidiam quartam frumenti. et unum starium et dimidiam milei et ~~quinque~~ [novem]
[sex] quartas surgi. et XX solidos porcum. et unum vaculinum et unam urnam vini. et duas
carnes. et duas aginas. et duos solidos boaticum et mansum qui regitur per Varnerium
fabrum de proprio reddit novem staria blave in tertia parte. et unam urnam vini
et XX solidos porcum et unum vaculinum et duas carnes. et duas aginas. et duos solidos boa=
ticum. et mansum de proprio qui regitur per Martinum de Aylino reddit unum starium et
dimidium frumenti cum agro Dominici Gratiani. et VI quartas milei. et duo staria surgi.
et XX solidos porcum. et unum vaculinum. et ~~tres~~ [tres] carnes. et tres aginas. cum racione Do=
minici Graciani. et duo congia vini. et duos solidos boaticum. et mansum qui regitur
per Johannem Bonum Saurellum reddit tria staria frumenti et duo staria milei. et tria
staria surgi. et XX solidos porcum. et unam ovem et unam urnam vini et duas carnes. et
duas aginas. Et elegit sedariam de ~~Marsura~~ [Marsuris] de proprio que reddit decem caseos, pro pesione (sic)
et cum omnibus suis iuribus et sedariam Viviani decani de feudo reddit octo caseos de pesione et
etiam cum omnibus suis iuribus integre pertinentibus et duos caseos de pesione de Barris.
~~de Barris~~. et casei de Calareso remanserunt in communi. et elegit mansum de feudo
qui regitur per Ronconum et reddit novem staria blave de tertia parte et unam urnam

Corg. (sic)

vini. et XX solidos porcum et unum reculinum. et duas carnes. et duas azimas et duos soli-
dos boatium. et mansum qui regitur per Ambrosium. solvit VI Staria blave in tercia par-
te et unam urnam vini et XX solidos porcum. et VI solidos pro coletta. et duas carnes. et duas
azimas et duos solidos boaticum. ~~tres quartas fabe et panige~~
~~et duos solidos et dimidium boaticum~~. et duos mansos qui regitur per Zunittum de feudo. qui reddunt
quatuor Staria et dimidium frumenti. et quatuor Staria et dimidium milei et quatuor ~~novem~~
staria et dimidium surgi. ~~surge et decem solidos porcum et~~ et unam et dimidiam urnam vini. et XL solidos porcum. et unum
reculinum. et duas carnes. et duas azimas. et duos solidos boaticum. et mansum qui regitur
per Martinum Botegnum de proprio reddit IX quartas frumenti. ~~et tres~~ X quartas milei ~~annone~~ et novem
quartas surge. et unam urnam vini. et XX solidos porcum. et VIII pro coleta. tres quartas fabe
et panige et duos soldos et dimidium boaticum. et duas carnes et duas azimas. et mansum
Bertalde Serodini de feudo reddit duas quartas frumenti et duas quartas annone. et unum congium
vini et X solidos porcum. Et elegit mansum de feudo qui regitur per Jacobum Rubeum de Pul-
cinico. et mansum de feudo qui regitur per Andream de Dardago. ~~et~~ mansum de feudo
qui regitur per Domenesium et Joannellum. et mansum de feudo qui regitur per Titonem.
et mansum qui regitur per Andream Barzanum. et mansum qui regitur per Johannem de cane-
et mansum de feudo qui quondam regebatur per Martinum Carpenum. et mansum qui
regitur per Paesium de feudo. et mansum de feudo qui regitur per Enricum de Brento.
et mansum de feudo qui regitur per Johannem de Restelda. et mansum de livello qui
regitur per Zaforo et mansum de proprio qui regitur per Danelucium de Sobeolle. et livellum
Marotti. et mansum qui regitur per Martinum Malum generum de Canipa. et medietatem

de Lubia. et medietatem prati de prato Aufbergo. et prefa de fonte dulcis remanentis in
comunitate et molendinum de Saberoda cum clausura de dominicale de Rangis cum omnibus
suis iuribus et clausuram que regitur per Picinum de Rangis cum omnibus suis iuribus.
et ancam et cum nemore Provideae. et cum nemore Spisse. et cum plancata Girli-
tibus et cum omnibus iuribus dictis podery tam in montibus quam in planiciis integre pertinen-
tibus et cum libellis Johannis Stulti et cum omnibus decimis dictorum locorum a
dicto molendino hucusque consignatis et eciam cum dicto molendino decimam mansi inte-
gri qui regitur per Leonardum filium quondam Johannis de Michaele. et decimam
integre qui regitur per filios Pagani quondam Cul de matte. et pratum de Valle de
Vadaldo iuxta Fontanivam et decimam mansi (ministerii) qui regitur per Jacobum et Richa-
rium fratres de Colclotto. et decimam mansi qui regitur pro domina Acega de Rivo
torto. et decimam mansi qui quondam regebatur per Martinum Carpenum. et
decimam mansi qui regitur per Andream Banzarum. et decimam mansi qui quondam
regebatur per Petrum Clautanum de manso Lanfredi. et decimam mansi qui regi-
tur per Johannem de Restalda et decimam mansi qui regitur per Martinum Criem. et
decimam mansi Zaphori qui pro? regitur (qui proco) . et decimam habitancie Johannis decani cum
decima habitancie Vayrotti. et decimam terre que quondam regebatur per Odolricum
caput malei. et decimam agri unius cum arboribus qui regitur per Johannem Bonum
de Suleolle. et decimam mansi qui regitur per Dominicum quondam Lazeri de Dossolo.
et decimam mansi qui regitur per Agenameum fabrum et decimam mansi
qui quondam regebatur per Pelegrinum Ziriolum. et decimam mansi qui regitur

Corg (sic)

per Orsettum de Dossolo. et decimas de plebanatu Seronis et de confinibus
que fuerunt de Albertino de Val de Crosa cum omnibus suis iuribus. secundum quod
continentur ~~continetur~~ in carta facta per manum Porfilii notarii. et que decime coadunantur per Parcandum
de Polcinico. et decimam mansi qui regitur per Gerlum de Seronis. et deci=
mam mansi qui regitur per Varnericum Candam et decimam de Dominicale
que olim fuit domi[ni] ... Boni filii quondam domini Artinisii et que empta fuit
per decem et octo libras. et medietatem decime de manso qui regitur per Karlum
de Varie maiori. et decimam unius agri qui laboratur per dominum Parisium et
que olim fuit de manso Adalardi. et decime Sacili remanserunt in communitate.
Et eligit de feudo episcopatus Concordie mansum qui regitur per Marcolinum et
... Vilardum de Fana cum decimis dicti mansi. et mansum qui regitur
per Iohannem Lisadum cum decimis dicti mansi. et mansum qui regitur per
Petrum fabrum. et mansum qui quondam regebatur per Richardum. et mansum qui
regitur per Rumeum et Pelegrinum ~~de~~ Valmachum. et mansum qui regitur per Valterium
Tufelant. et mansum Sabadini. et mansum Cavidali qui pro eis regebantur. et
mansum Mortelarii cum omnibus suis iuribus. et mansum qui regitur per Frigidum.
et mansum qui regitur per Domenesattum. et mansum Sipotti. et mansum Vendrami
de Subcolle. et decimam mansi domine Almengarde qui iacet iuxta mansum Do=
minici Gastaldi. et castegnedum maiorem et castilium mansi remansit in communitate. et
mansum qui regitur per Giroldum de armentareza. et mansum de feudo qui regitur per
Giroldum de Armentareza. et mansum de feudo qui regitur per Laurentium. et mansum
qui regitur per Paulum de Ornesso. et mansum qui regitur per Martinum decanum. et mansum

laicorum qui circa eum ...

qui olim regebatur per Aylinum tornatorem. et mansum molendinum (sic) Aylini de Dreso. et mansum quis regitur per Buttum et Pertoldum de Acba. et mansum de proprio qui regitur per Odoricum Cuffulum de Fana. et clausuram cum terra quam retinet Benasius de feudo. et mansum qui regitur per Rodulfum de Vivaro de proprio. et mansum de feudo qui regitur per Stephanum de Vivario. et mansum qui regitur per Morasium de Istrago de proprio. et mansum de proprio qui regitur per Petrum. et mansum de proprio qui quondam regebatur per Blasium. et mansum de proprio qui regitur per Martinum Carnellum. et mansum de proprio qui regitur per Philippum. et molendinum de Istrago. et mansum de proprio qui regitur per Antolinum de Tramontio. et mansum de proprio qui regitur per Novolinum et consobrinum eius. Et mansum de proprio qui regitur per Zenonem et Duminisinum de Subria. et mansum de proprio qui regitur per Rambaldum et Martinum fratres zumelinos et mansum de proprio qui regitur per Donatum. Et elegit Wanprettum ~~Wanprettum~~ Armannum de Fana et Marquardum rimanum Benasium rimanum Warnerium et Odolricum rimanum. Cufulum et Adalmarium rimanum. et Vivianum de Rivo. Clautanello rimanum. et Brunum Zudire rimanum. et Prettum filium Belle rimanum et Prandium filium domini Atti rimanum. Ripran dum filium Albrici rimanum. et Dominicum orbum rimanum. et piscaciones Liquencie et Aquafonis remanserunt communales. et Paderum et Buscarolum cum omnibus suis bonis. Ad hec predictus dominus Aldricus et Warnerius fratres uno alteri per se suisque heredes

Corg[d] (sic)

(1) È scritto Riman. forse Rimanos cioè Arimannos.

fecerunt finem et remissionem de omnibus supra dictis porcionibus. et divisio=
nibus. sub pena mille marcharum boni argenti. predictas partes firmas et
ratas et irrevocabiles semper habere et tenere. et nulla occasione qua cogitari
"posse" possit contra venire. Promiserunt namque inter se predicti fratres uno alteri omnia
supradicta. varentare et deffendere in perpetuum. in racione. et si aliquis
dictorum fratrum de dictis partibus aliquid cum racione amitteret. medietas rei
amisse uno alteri restauretur. et si aliquis dictorum fratrum contra predictas
partes [illegible] vel sub aliquo ingenio aut fraude contra venerit. de predicta pena
[illegible]eatur. Pena quoque soluta pars predicta et cartula suo robore permaneat. et si quas
expensas quod aliquis eorum in exigendo predictam penam fecerit. uno alteri reficere promiserunt.
[illegible] utrique eorum inter se obligaverunt omnia sua bona mobilia et inmobilia presencia et
futura. per sic atendere et observare ut supra legitur. Et insuper predicti fratres.
[illegible] et Aldricus et Varnerius corporaliter ad sancta dei evangelia iuraverunt predictas partes
[illegible] perpetuum firmas et ratas et in revocabiles. habere tenere et nulla racione
[illegible] cogitari posset contra venire. Et omnia ea que non sunt divisa et que non reperian=
tur in predictis cartulis communaliter habere et tenere promiserunt. Actum in
plathea Castri Pulcinici.

Ego [illegible]ctrius de Prato Sacri Palacii Notarius in concordio cum Gerardino Notario. atque cum
[illegible]chente [illegible] bono Notario rogati a dictis partibus interfuimus et scripsimus.

Da foto in cartapecora esistente nell'Archivio Polcenigo (ora Ardit) in Cavasso nuovo,
trascritto dal notajo Menico q. Enrico detto Grande di Marsuris e collazionato innanzi
a Nicolò Arcivescovo di Zara vicario generale di Bertrando patriarca d'Aquileja
in Udine il 20 Ottobre 1347 dai Notaj Albertino de Brinis di Ferrara abitante in
Udine, da Lorenzo di Francesco di Udine, da Benvenuto q. Stefano di Udine e da Viviano di
Polcenigo, i quali vi apposero il loro segno notarile.

Vincenzo Joppi. Ottobre 1897.

laicorum qui circa

Cong. (sic)

1223, 2 febbraio. Udine. Corrado vescovo di Trieste e suo fratello Enrico Tapot figli di Enrico, assegnano ad Engelpretto di Ragogna ed a Burga di lui moglie una parte di mobili, redditi e casa.

72.

Colleg. Fontanini Vol. 652, p. 264. R. Arch. di Stato, Venezia.

Da copia del sec. XVII.

In nomine Domini amen. A. D. MCCXXIII, II die intrante februario, ind. II, D. Conradus [episcopus] Tergestinus et D. Henricus Tapot frater eius in presentia D. Bertoldi Patriarche Aquilegensis Ecclesie constituti iuraverunt ad sancta Dei evangelia se divisisse totum patrimonium quod habuerant ex parte D. Henrici patris eorum et omnes res mobiles, familiam, suppellectiles, fruges, redditus pignorum et omnia que sibi debebantur .. et ... domum suam in quinque partes, quarum omnium ..... D. Henglepreto de Ragonea .... Burge uxori sue se assignasse integraliter iuraverunt, sicut continetur in publico instrumento manu Wolrici de Civitate notarii facto, ita quod nihil ultra secundum conscientiam suam de omnibus supradictis in se retinentes et si unquam in posterum ad memoriam reduxerint se aliquid habere de predictis bonis quod non esset divisum, quod in ea parte nominato D. Hengelperto et uxori sue predicte bona fide assignabunt: quidem ..... sacramento peracto prout continetur in instrumento superius memorato. Nominatus D. Hengelpertus pro se et uxore sua predicta fecerunt finem et perpetuam transactionem et pactum de non petendo de omnibus . . . .
per voluntatem et arbitrium supradicti D. Patriarche, Iohannis de Portis

laicorum qui circa [illegible]

et Brise et Gerardi de Artenea nec non Ottolini de Glemona.

Actum apud Utinum in camera patriarchali in presentia roga-
torum testium D. Henrici archidiaconi Aquilegensis, W. Prepositi
Sancti Odorlici, Leonis de Utino, Gabrielis de Prata, Duringi de Mels,
Ottolini de Glemona, Gerardi de Artenea, Rodulfi de Areis, Con-
radi de Flagonea, Porfirii notarii et aliorum.

Ego Leonardus imperialis notarius interfui et rogatus a supra-
dictis partibus hanc cartam scripsi et authenticavi.

1223, 5 febbraio. Cividale. — Il Preposito del capitolo di Cividale per tre marche rinunzia alcuni diritti della prepositura a certi Ermanni di Premariacco.

In nomine domini amen. Anno domini millesimo ducentesimo vigesimo tertio. Indictione undecima. Quinto die intrante februario. In presentia d. Conradi putullonis Iohannis parvi sacerdotis. Martini strabi. Wlrici custodis. Warnerii. Selenche. Wolrici de conoleto. Martini guarz. Mainaldi decani et aliorum multorum.

D. Henricus prepositus Civitatensis per se et suos successores, et precio trium marcarum quas fuit confessus se recepisse pro honorantiis ab Ermannis de Premariaco ad civitatensem prepositturam pertinentibus, remisit et resignavit prefatis Ermannis in perpetuum videlicet Mainardo et fratribus eius Olvrado et Renan. et Mainarducio eorum nepoti et eorum heredibus. Conrado sacerdoti cum fratribus suis et eorum heredibus. Bilino mussro et fratri suo et eorum heredibus. Lazaro cum fratribus suis et eorum heredibus. Adelete et sorore sue et earum heredibus omnia servicia iura, rationes, et albergarias, que vel quas eidem preposito faciebant et facere tenebantur nomine Ermanie. tali tamen pacto et conditione, quod prenominati Ermanni et eorum heredes debeant dare et solvere singulis annis prefato preposito vel suis successoribus tempore vindemiarum. XVI. congios vini ad rectum congium. sub pena dupli et trahere vinum ad domum prepositure et recipientes tunc gastaldionem prefate prepositure cum duobus eiusque prandium honorifice propinando Et ad maiorem securitatem prestandam hoc totum quod dictum est superius prelibatus prepositus per se et suos successores promisit supradictis Ermannis et eorum heredibus attendere et observare et nullo tempore contravenire. sub pena viginti marcarum et pena soluta pactum nichilominus in sua maneat firmitate. Si vero aliquis ex predictis Ermannis terram pertinentem ad predictam Ermaniam.

laicorum qui circa eum erant, sepe dicidam?

venderet vel alienaret. servo. ecclesie vel homini potenti: ita quod prepositura nam perderet vel posset perdere rationem. debet cadere ab omni iure suo. et terram libere ad preposituram remanere. alia enim super imposita inter eos nulla fiant.

Actum Civitatis in curia prefate prepositure.

Ego Jacobus imperialis aule notarius audivi, interfui et rogatus scripsi et roboravi.

Arch. Capit. di Cividale, Vol. II, pag. 48.

1223. 30 Aprile. Salisburgo. Eberardo arcivescovo di Salisburgo tragi
Le decime che dona al suo capitolo sono quelle da lui acquistate nel 1221. 12
Settembre dal nob. Enrico di Villalta presso S. Stefano di Frisach.
(Vedi l'atto in d.a data)

In nomine sancte et individue trinitatis. Ebehardus dei gracia Salzbur=
gensis archiepiscopus apostolice sedis legatus in perpetuum. Multis et
gravibus obviamus incommodis, cum ea que nostris geruntur temporibus,
ne cum fluxu temporis in oblivione defluant, litterarum vivaci memorie
comendamus. Ea propter ad noticiam omnium fidelium transmittimus, quod
nos obeunte Heinrico de Liebenz ministeriali ecclesie Salzburgensis decimas
que ab antiquo in decimariis curiis in Cirkeniz et Loring et Sakkach
colligi solebant et colliguntur hodie, sicut idem miles a manu nostra et
predecessorum nostrorum habuerat et post mortem eius ad nos redierant,
canonicis ecclesie nostre tradidimus iure perpetuo possidendas hoc fir=
miter statuto, ut cum fratribus hactenus cappe nude et simplices da=
rentur, de proventibus illarum curiarum de reliquo dentur subvestite
cum pellibus agnellinis, nec tamen de vestibus quas antea recipere sole=
bant a camerario, quicquam eis huius occasione commodi minuatur et ipsi
vice illius emolumenti post obitum nostrum ad altare quod fundandum
erit iuxta sepulturam nostram, ebdomedarium ad missam defunctorum con=
tinue habeant, cuius prebenda par sit prebende cantoris. Verum quia
propter multam locorum distantiam proventus predictarum decimarum
canonicis ad plenum raro persolvebantur, nos provida consideratione donationem
nostram commutavimus hoc scilicet modo, ut easdem curias decimales
Cyrkeniz videlicet Loring et Sakkach dominicalibus nostris ascriberemus et
vice ipsarum ecclesiam Castuone fratribus nostris iure perpetuo trade=
remus possidendam, statuentes ut sacerdoti et cooperatori suo de pro=
ventibus eiusdem ecclesie honestum et competens assignent stipendium,

reliqua vero in usus cedant canonicorum. Preterea predia in Karinthia iuxta Frisachum sita videlicet apud sanctum Stephanum cum omnibus suis pertinentiis et foresto, que a nobili viro domino Heinrico de Vilalt emimus, cum omni integritate omnium proventuum ad idem predium pertinentium sepedictis canonicis contulimus in perpetuum possidenda firmiter statuentes, ut eadem predia sub defensione nostra et successorum nostrorum permaneant ab omni exactione emancipata, ita ut nec nos nec aliquis successorum nostrorum habeat potestatem advocatiam eorundem prediorum ad manum laicam aliquo modo transferre. Provida autem deliberatione ordinamus ut tam de proventibus ecclesie Castuone, quam etiam de prediis ad sanctum Stephanum cappe canonicorum agnellinis pellibus subvestiantur et missa pro defunctis ad altare iuxta nostram sepulturam in perpetuum celebretur et sacerdoti illam celebranti in lautiori prebenda de communi provideatur. De residuo autem tribus personatibus subdecano, scolastico et cantori provideatur et dies anniversarius noster in procuratione tam congregationis quam pauperum singulis diebus peragatur et septem luminaria de sepo in maiori ecclesia singulis noctibus accendenda preparentur et e voces ante natale domini, quando maiores antiphone cantantur, ad procurationem fratrum comparentur. Ne autem hec nostra donatio et donationis ordinatio commutari a quoquam possit in futurum, presentem inde paginam scribi et sigilli nostri autentico communiri iussimus.

Data apud Salzburch, II Kalendas Mai, indictione XI, anno ab incarnatione domini MCCXXIII, pontificatus vero nostri anno XXII.

Perg. orig. mancante del sigillo, nell'i. r. arch. di Stato, Vienna.

Note con inchiostro rosso apposte sulle seguenti voci nel documento:

1. sopra	canonicorum	II anno	6 sopra	cantori	talenta
2 "	tempore	XV talenta	7 "	propugnatione	VI talenta
3 "	sepulturam	singulis diebus	8 "	trium	V talenta
4 "	celebranti	V talenta	9 "	sepo	IIII talenta
5 "	subdecano	XIIII talenta	10 "	maiores	VII talenta.

1223, 9 Aprile. S. Lorenzo di Riva e Rovereto.

Pubblicazione della scomunica ai danneggianti i boschi dell' Abazia di Piro.

A. D. MCC. XXIII. ind. XI. die dominico. VIIII. intrantis aprilis presentia. Gerardelli de Spinosola. Berni de fovea bruna. Zeti mugoli. Liazari de rovoredo filii q. Andree de aicha de carpenedo et aliorum.

Presbiter philippus eclesie s. Mauri de rovoredo nuncius d. patriarche de aquilegia et d. Uberti pirensis abas ut dicebat denunciavit et dixit populo eclesie s. Laurencii de ripa ex parte dicti d. Uberti abas ut ipsi non debeant intrare nec auferre de lignamine nemoris tisonis et frate levade hodie in antea nec verbo dicti d. Uberti pirensis abas. et si ipsi ceperint de terra dicto nemore et frate levade quod ipsi debeant dimittere et si non dimiserint quod d. Ubertus dictus faceret eos scomunicare. Actum in eclesia s. Leonardi de ripa.

Ego Nicolaus sacri pallacii notarius rogatus interfui et scripsi:

A. D. MCC. XXIII. ind. XI die dominico VIIII. intrantis aprilis. presentia. pelegrini filii Dominigini de aulivo de ripa. Berni de fovea bruna petri de M... cardo de ultra valio. Gerardelli de Spinosola. Adalberti de grimaldo de eodem loco. et aliorum

Presbiter Philippus eclesie s. Mauri de rovredo nuncius d. patriarche de aquilegia et d. Uberti pirensis abas ut dicebat denunciavit et dixit populo eclesie s. Mauri de rovredo. quod d. Ubertus abas mitteret eos rogando ut ipsi non debeant intrare nec auferre de lignamine nemoris Spinosole et wice(?) rovredi nec verbo dicti d. Uberti abas et si ipsi ceperint de terra dicto nemore et wice quod ipsi debeant dimittere hodie in antea. et si non dimiserint quod faceret eos scomunicare. Actum in eclesia s. Mauri de rovredo.

Ego Nicolaus ut supra

Arch. Capit. di Cividale, Vol. III. perg. 80

Wicee 1223 (?)

Cor^d (sic)

25

1223, 31 agosto. Nel castello di Meduna accordo tra il Patriarca d'Aquileja e Stefano Abate di Sesto per l'avvocazia di Azanello, Murij e Mergaro.

V. il T. I pag. [illegible]

In nomine sancte et individue Trinitatis. A. D. MCCXXIII, die ultimo exeunte augusto, indictione XI, in presentia testium ad hoc rogatorum et vocatorum, scilicet D. Fridrici de Cauriaco, D. Enrici Propositi Concordiensis, D. Mathei de Rivarotta, Ottonis Galtaldionis de Waldo, [illegible] forestarii et aliorum.

De lite et controversia que vertebat inter D. Bertoldum Dei gratia Aquilegensem Patriarcham ex una parte et D. Stephanum Dei gratia Abbatem Sextensem ex alia de Advocacia de Azanello et Mure et Mergaro, visis racionibus predicti Abbatis ad talem devenerunt concordiam, scilicet quod ipsi rustici debent venire ad Castrum Medune ad custodiam et ad ploveguum et non debent vendere vinum ad candelam in taberna nec panem in eorum festivitate semel in anno, nec vellent vendere in Castrio Medune et predictus Stephanus Abbas habeat Advocaciam de cruenta, furto et de aliis sicut de iure debet facere, hoc excepto quod rustici D. Rodulfi de Azanello debent facere sicut primo fecerant.
Actum Medune in Castro.
Ego Morandus sacri palacii notarius interfui rogatus

BIBL

Corr (sic)

Anno 1223.

6 Novembre, Indizione XI, Trieste.

Sentenza di arbitri in questione di confini fra il Comune di Trieste ed Ugone di Duino dinnanzi il Vescovo di Trieste.

(Bonomo, Monete dei Vescovi. Copia antica nell' Archivio diplomatico di Trieste).

In nomine Domini, Anno Domini Millesimo ducentesimo XXIII, Indict. undecima, mense Novembri, sexto intrante, die lunae.

Cum inter Commune Tergestine Civitatis ex una parte, et Dominum Ugonem de Duino ex altera, in praesentia Domini C. Tergestini Episcopi, lis, et controversia verteretur super quibusdam limitibus Territorii eorum sibi invicem cohaerentis; tandem utrique parti placuit in arbitros compromittere, videlicet: in Dominum Tefanum et Germanum Cives Justinopolitanos, et Dominum Gregorium Canonicum Tergesti, Dominicum Judicem ejusdem Civitatis, nec non et Dominum Odorlicum de Cucanea promittentes, et sub poena duo Millia Libr. Venet. se cum suis successoribus et haeredibus obligantes parere, ac obedire omni arbitrio et sententiae, quod vel quam dicti arbitri duxerint promulgandum. Qui arbitri intellectis allegationibus, visis et auditis utriusque partis positionibus communiter et concorditer talem inter eos Sententiam, sive arbitrium promulgarunt, dicentes:

In Dei Nomine. Nos praenominati Arbitri volumus et sententiando dicimus, quod Commune praedictae Civitatis habeat teneat et quiete, sine aliqua contradictione possideat a Carraria de Sistigliano, versus Longheram quicquid cum suis majoribus ab antiquis temporibus hactenus habuit et possedit. Scilicet sylvas et pascua sicut vadit via publica versus montem, et a monte inferius usque ad mare, et omnia territoria, seu carrariae quae antiquitus fuerunt et nunc sunt, liberae et apertae teneantur et expeditae. Et si quae vineae sunt circa predicta territoria, removeantur et tantum destruantur, quod nullum faciant eisdem territoriis, sive civibus Tergesti impedimentum. Et siquis hoc non fecerit, et damnum inde aliquod habuerit, nullam inde rationem, vel satisfactionem consequatur. Et Dominus Ugo nec sui homines, nemus vel sylvam aliquam superiorem, vel inferiorem infra praedesignatos confines audeat comburere, vel ob aliquam fraudem incidere vel destruere, nec aliquis pro eo; praefatus vero Dominus Ugo habeat teneat et quiete possideat quicquid cum suis majoribus ab antiquis temporibus usque hactenus habuit et possedit, scilicet vineas campos si sunt et pascua, et de coetero cessetur a lite, et cassamus omnem poenam et satisfactionem, quam sibi ad invicem petebant occasione alicujus intromissionis hactenus factae, seu captionis vel vulneribus hominum qui tunc capti, vel vulnerati fuerunt. Haec omnia supradicta praecipimus et firmiter observari utrique parti jubemus per se suosque successores et

haeredes sub poena duo millia libr. denar. ven. parti, hanc Sententiam servanti, solvendarum, et supradicta omnia perpetuam nihilominus obtineat firmitatem.

Et ut hoc a posteris magis credantur, praedictus Dominus C. Terg. Episcopus hanc cartulam sigilli sui impressione fecit muniri.

Ego *Petrus* Sacri Palatii Notarius interfui ut supra legitur, jussu supradictorum Judicum scripsi et roboravi.

Secondo costituzione giudiziaria della Marca d'Istria, le liti fra Comune e Comune, fra Baroni terrestri e Baroni, fra Comune e Baroni spettavano per la decisione al Marchese, e per lui al Giudice provinciale. Nel 1231 era Marchese il Patriarca di Aquileja Bertoldo della Casa di Andechs, il nome del Marchese governatore non è noto, nè quello del Giudice provinciale.

Anche in questa carta non meno che in altra del 1139, per occasione di lite in materia di confini, comparisce il Vescovo come esercitante giurisdizione. Dinnanzi al Vescovo si tratta la lite, e comunque decisa per arbitramento, esso vi interpone la sua autorità.

È manifesto quindi che il Vescovo di Trieste avesse esercizio di poteri pari a quelli del Marchese, siccome li aveva anche il Conte d'Istria per le terre di sua giurisdizione. I Vescovi avevano il potere comitale, e portarono dopo questo tempo anche il titolo di Conti fino al 1790. Qual territorio abbracciasse la Contea di Trieste non è ancor chiaro; propenderessimo a credere abbracciasse tutta la Karsia, dovrebbe dirsi che vi sottostasse la Baronia di Duino, dacchè riconosceva la giurisdizione contenziosa del Vescovo, dalla quale avrebbe potuto sottrarsi se incompetente; la questione di confini fra Duino e Trieste, sarebbe stata questione di confini fra Contea del Vescovo e Karsia, fra provincia e provincia.

K.

UDINE

Tipografia del Lloyd Austriaco.

1223, 20 novembre. Medona. Esame di testimoni nelle questioni per decime tra l'Abate di Sesto e Vannero ed Ottolino di Medona.

24

[illegible] MCCXXV, [illegible] [illegible] [illegible] Daniele.

[illegible] CCXXIII, die XI [illegible] novembris, indictione XI [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] eidem [illegible]

[illegible] [illegible] Sclavacum [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] testes [illegible] [illegible]

[illegible] Warnerus et [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] eis locavit [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] Reinardus [illegible] [illegible] sententiam cum [illegible]

[illegible] Abbas debeat probare tenutam et iudex [illegible] [illegible] cum

[illegible] testibus et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] iudex

[illegible] II testibus vel cum III et [illegible] [illegible] [illegible]

unde [illegible] abbas dixit quod vellet cum VII [illegible] [illegible]

[illegible] nominavit XL testes super hoc, unde [illegible] [illegible]

[illegible], quod bene [illegible] quod [illegible] abbas [illegible] [illegible]

[illegible] decimam [illegible] quam [illegible] Warnerus et [illegible]

[illegible] et acceperunt [illegible] in illa die, qua [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] et [illegible] habebat [illegible] [illegible] habebat,

unde Dominus [illegible] [illegible] [illegible] partem [illegible] decime

[illegible] [illegible] [illegible] habebat et [illegible] [illegible] [illegible],

unde [illegible] [illegible] [illegible] D. Jacobo iudice [illegible] [illegible] [illegible]

et [illegible] quod bene [illegible] [illegible] et ita fuit [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] Abbate [illegible] [illegible] [illegible]

qua D. Warnerius et Obizo fratres predicti [illegible] [illegible]
non [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] Abbates de
[illegible] [illegible] [illegible] D. [illegible] [illegible] [illegible] dixit
[illegible] teste [illegible] [illegible]

[illegible] de [illegible] [illegible] et dixit, quod ipse bene [illegible]
[illegible] [illegible] temporibus [illegible] [illegible] decimam [illegible] [illegible]
[illegible] et [illegible] in [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible],
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] D. Warnerius et
[illegible] [illegible] et indicatum est [illegible] [illegible]
[illegible], quod bene dixit [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible]
[illegible] de [illegible] iuravit et dixit quod [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] illam diem, qua
D. Warnerius et Obizo [illegible] [illegible] [illegible], [illegible]
illam [illegible] de novalibus [illegible] predictorum, et [illegible] plus
dixit, [illegible] ipse partem illius decime habebat in feudum ab
Abbate et postea eam ei vendidit et indicatum est per D. [illegible]
[illegible] verum quod bene dixit pro uno teste pro D. Abbate. et
[illegible] fuit [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] dixit, quod dixit de tenuta
pro D. Abbate.

Item D. Iacobus de Anono iuravit et dixit, quod D. Abbas ha-
buit illam tenutam decimarum novalium in sua tenuta usque
ad illam diem, qua D. Warnerius et Obizo fratres eam ei imbri-
naverunt, unde indicatum est, quod bene pro uno teste pro D. Ab-
bate.

[illegible] [illegible] [illegible] iuravit et dixit quod bene [illegible] quod deci-
ma [illegible] ville de [illegible] et de [illegible] fuit [illegible] D. Abbatis

Corr. (sic)

Scorretto

1224, 21 Giugno. Aquileja. Permuta di beni in Aquileja tra quel Capitolo ed il Monastero di Rosazzo.

In nomine Domini MCCXXIIII. Indictione XII die veneris actum Aquilegie in Ecclesia maiori. X die exeunte Junio. in presentia D. Johannis Prepositi Sancti Felicis. Philippi senioris. Henrici de Carnea, Donati Canonicorum Aquilegensium, Leonardi de Tricano, Va... ...ni Militis, Wernerii de Arena, Marchetti et Genari ..., Warini civium Justinopolitanorum et aliorum plurium.

D. Leonardus Dei gratia Emonensis Episcopus et Canonicus Aquilegensis atque gerens vicem Aquilegensis Decani, pro se et Aquilegense Capitulo consentiente, prout ibi apparuit litteris sigillatis sigillo (Aquilegensis) Capituli, et D. Leonardus Abbas Rosacensis pro se et Capitulo suo, prout ibi apparuit litteris sigillatis sigillo Capituli Rosacensis, tale concambium sub pena centum marcharum monete Aquilegensis nomine dictorum Capitulorum inter se fecerunt: quod prefatus Episcopus nomine Aquilegensis Capituli concambiavit et dedit prefato Abbati nomine concambii terram et curiam que quondam fuit Pertoldi Fabri et Petri de Utino Aquilegensis Canonici sitam in Aquilegia iuxta portas de molendinis cum omni iure eidem curie pertinenti et Aquilegensi Capitulo pertinenti et liceat de cetero prefatum Abbatem et Capitulum Rosacensem (sic) dictam curiam vendere, donare et quicquid inde facere voluerit, sine conditione Aquilegensis Capituli promisit dictam curiam ab omni homine in iure suis propriis defensare expensis sub pena centum marcharum .... dedit presentia prefatum Leonardum de Tricano nuncium qui poneret prefatum Abbatem in corporalem tenutam memorate possessionis

laicorum qui circa eum erant, sepe dictam?

Sic v. tem eidem prefatus Abbas pro se suoque Capitulo suisque successoribus nomine concambii prefate curie dedit quasdam posses-

siones sui claustri sitas in Aquilegia in Contrata piscatorum,

que reddunt annuatim XXXIX denariorum aquilegensis monete cum

omni iure eisdem possessionibus pertinenti et de iam ... XXXIV de-

nariis Dominicus Bonvertus reddit VI denarios et Jacobus de Salvia

VIII Martinus quondam claviger Aquilegensis Archidiaconi VI

denarios et Mergart quondam reddebat XXI denarium in manu

memorati Episcopi .. pro se et Aquilegensi Capitulo recipiente

dedit prefatum Wernerum nuncium qui poneret Aquilegensem Capi-

tulum in corporalem tenutam memoratarum possessionum, promisit

... dictas possessiones ab omni homine in iure suis propriis expensis

defensare sub iam nominata pena et liceat de cetero Aquilegensem Capitu-

lum (sic) iam dictas possessiones vendere, combiare et quicquid inde facere voluerit

sine indictione prefati Abbatis et Rosacensis Capituli.

Ego Albertus imperialis aule Notarius interfui et rogatus duas cartulas in uno

tenore ... et unam uni parti et unam alteri - - -

... nella Bibl. Florio in Udine dall' Arch. Capit. d'Aquileja.

Corr^d (sic)

1224, 21 Giugno Aquileja. Cambio di beni in Aquileja tra il Capitolo d'Aquileja – e Leonardo Abbate di Rosazzo.

In nomine Domini MCCXXIIII. ind. XII. die veneris. Actum Aquilegie in Ecclesia Maiori. x die exeunte Junio. in presentia D. Johannis Prepositi S. Felicis, Philippi senioris, Henrici de Carnia, Donati Canonicorum Aquilegensium, Leonardi de Tricano, Vanetrami militis, Wernerii de Arena, Marchesii et Genarii ... Warini civium Justinopolitanorum et aliorum plurium.

D. Wodolricus de Cucanio post sepulturam matris sue D. Trute obtulit pro ipsius anima ecclesie civitatensi ad utilitatem canonicorum ibidem deo servientium mansum in prenariaco ... platcam et laborationem tunc per Bonaldum rusticum ... ipsius proprietatem supra aram S. Corny libere et sine omni conditione cum omni iure, dominio et proprietate, dans nuntium decano ad intromittendum ipsum mansum d. Galerum de prenariaco.

Actum in dicta ecclesia Civitatensi.

Ego Wolricus imp. ... interfui et rogatus scripsi.

Arch. Capit. di Cividale. Vol. III, pag. 72.

Corg (sic)

1228. Enrico vescovo di Bressanone annunzia che Federico ed Enrico di Rotenburg fratelli hanno ceduto a lui in Aquileja il loro diritto feudale su alcuni ministeriali ed assicura la loro appartenenza alla Chiesa di Bressanone.

Henricus dei gratia Brixinensis ecclesie episcopus. Tam presentibus quam futuris salutem in perpetuum. Ut ea que geruntur in tempore pro temporis labilitate plenius atque facilius ad memoriam hominum possint revocari, scriptis solent commendari et retineri; cum scriptura contineat fidem rei geste. Proinde nos pensata utilitate et honore Ecclesie Brixinensis homines quosdam, viii scilicet personas, Fridericum qui vocatur Pögelar, Fridericum filium Diepoldi, Fridericum filium Lantmanni, Jutam, Perhtam, Herburch et filios et heredes eorum ab eis progenitos et generandos, quos in feudum habuit dominus Fridericus de Rotinburch et frater suus dominus Henricus ab ecclesia Brixinensi in civitate Brixina, ab eis pro pecunia redemimus taliter cum eisdem fratribus facientes, quod eis data pecunia nostra prout cum eis convenimus, ipsi in domo nostra Aquilegensi dictos homines nobis resignaverunt et ecclesie Brixinensi amplius in eis nullum ius habituri, sicut in publico instrumento apud Aquilegiam exinde confecto plenius continetur. Nos vero volentes dictos homines cunmodo esse de familia ecclesie Brixinensis volumus et in perpetuum statuimus, ut nec nos nec aliquis successorum nostrorum eos ab ecclesia Brixinensi presumat alienare vel quoquo modo distrahere, quousque nobis et ecclesie Brixinensi fuerint obedientes. Nos etiam ad petitionem dictorum hominum resignacionem eorum quam dominus Fridericus et frater suus Aquilegie nobis in domo nostra fecerant et qualiter circa eos processum fuerat, in camera nostra Brixine multis testibus presentibus publicavimus et eos cunmodo in antea de familia ecclesie Brixinensi(s) esse pronunciavimus. Testes autem sunt hii: Wintherus ecclesie nostre maior prepositus, Henricus decanus, prepositus de Wiltin, dominus Sifridus hospitalensis, dominus Henricus de Velturns, Fridericus Lithus, dominus Wernherus de Senkenberch et frater suus Willelmus, Engelbertus, Stegarius, Albertus, Wolfgalch, Gotscalcus institor, Petrus, Gotscalcus faber et duo filii sui, Willelmus filius Martini, Bertoldus, Otto de Tisanes et alii quamplures, coram quibus etiam instrumentum publicum exinde confectum legi mandavimus. Ut autem hec rata permaneant et inconvulsa,

ea litteris nostris et sigillo nostro confirmamus. Actum anno ab incarnatione verbi M CC XXVIII, indictione prima.

Acta Tirolensia - Liber traditionis Capituli Brixinensis. publ. dal D.r Osvaldo Redlich Innsbruck. 1886.

N.° 556. pag. 200.

Cor.a (sic)

Si raccoglie che li Ves.i di Bressanone avevano casa in Aquileja - forse sostituirono il Patriarca in alcune circostanze.

1228, 12 Giugno. .... Sentenza di arbitro colla quale si mette fine alle dispute tra l'Abate di Rosazzo ed il Capitolo di Cividale pei novali.

165

In nomine sancte et individue trinitatis amen. A. D. MCCXXVIII. ind. I. duodecimo die intrante iunio. In presentia Bartholotti sacerdotis. henrici diacono. Pabini conversorum civitatensium. Pertoldi et Leonardi monachorum Rosacensium. Precarie ... de Organo. Volrici et Artuici fratrum de Tricano. Eygelberti de Gramoliano militis. Barbe Dominici bubulini. Iohannis et aliorum plurium.

Cum quedam discordia verteretur inter Conradum decanum civitatensem et Capitulum ex una parte et Leonardum abatem Rosacensem et confraternitatem eius ex altera super quibusdam decimis novalium Iohannes de Rivo ab utraque parte rogatus quod dictum territorium dividere sive limitare deberet inter ipsos, dictus Iohannes precibus utriusque partis acquiescens dictam terram inter ipsos divisit et limitavit sic territorium dividendo. incipiens a fonte qui a quibusdam dicitur fons latinus et a quibusdam fons collis de pilau nominatur. a quo fonte rivulus derivatur qui pretenditur usque ad fluvium quod a quibusdam dicitur Laro et a quibusdam dicitur Cornu et ab illo loco ubi dictus alveolus introitum habet usque ad primum vadum dicti fluvii ubi cum curribus transire solent et ultra vadum via publica que pretenditur usque ad spinale montis versus Austriam civitatem quicumque dictam terram coluerint. decimas dare teneantur capitulo civitatensi et e converso quicumque ab alia parte versus Rosacum coluerint. decimas abatie Rosacensi dare teneantur. Et qui contravenerit supradicto Iohanni de Rivo dictas decem marchas solvere teneatur. Pertoldus Patriarcha Aquilegensis dictam divisionem sive limitationem

confirmavit. precipiendo meum sigillum apponere et sigillum capitule civi= tatensis causa maioris roboris et firmitatis

Ego Henricus imperialis aule notarius interfui et rogatus scripsi et authenticavi.

Copia del sec. XVIII nel vol. III N. 49 - Perg. dell'Arch. capit. di Cividale.

47

1228. 13 Giugno. Cividale. Sentenza arbitraria nella questioni per possessi e danni recati tra Artuico di Strassoldo ed il Monastero di Aquileja.

In nomine patris. et filii. et spiritus sancti. amen. Nos quidem
Daringus prepositus sancti Felicis. Fridericus vicedominus Mo=
nasterii sancte Marie in Aquilegia et Omnebonum iudex,
arbitri electi super causa seu controversia que vertebatur inter
dominam Meregardim. Abbatissam sancte Marie in
Aquilegia ex una parte et dominum Artuicum de Strasou
ex alia de quibusdam terris. videlicet Poliana. Pradulino.
Campeil. Pramuel. Ronkmurunge. et de quodam terri=
torio iacente inter villam de Codrubio et villam de Ma=
lazimpicca. et de dampnis datis hominibus predicte domine
Abbatisse in villa de Alturis. in villa de Cervinia=
~~Abbatisse in villa de~~ Musculo. et in villa de Capellis. auditis
~~no. in vill.~~
no. in villa de
allegationibus. et attestationibus. obiectionibus. et exceptioni=
bus. utriusque partis. habitoque sapientum virorum consilio
pariter de comuni voluntate arbitrando sententiamus. quod
d. Artuicus resignet Pratmuel et Ronkmurunge prefate do=
mine Abbatisse. Poliana vero. Pradulin. et Campeil teneat
et possideat d. Artuicus ad rectum feudum a dicta domina Abba=
tissa. et terra que iacet inter Codrubium et Malazimpicca
XXIIII agrorum. sicut actenus ad censum tenuit aquilegense.
ita deinceps habeat et possideat: quicquid vero super occupavit
ultra. XXIIII campos. predicte domine Abbatisse dimittat. nec
deinceps amplius occupare presumat. de dampnis datis hominibus
prefate domine Abbatisse in villa de Alturis in. VIII. marcis.

et in villa de Nuxulo in . VII. marcis. et in Cereniano in . XII. staris frumenti. et in. IIII. plaustris herbe secundum quod nobis per dictum testium a prefato Artuico introductorum constat. et de dampnis datis in villa de Capellis prefatum Artuicum absolvimus. inibentes ne de cetero ipse vel sui ledant vel dampnificent homines predictarum villarum. in campis. pratis ortis. frugibus. vineis. herba feno. vel in aliis rebus. et si contingeret ipsum vel suos in supradictis aliquem vel aliquos de hominibus predictarum villarum que sunt domine Abbatisse offendere. volumus et precipimus quod infra . XV. dies post factam sibi querimoniam. teneatur legis de dampnis satisffacere de dampno vel incendio facto in villa de Alturis in werra. volumus quod si d. Artuicus potest per publicum instrumentum vel per bonos testes ostendere quod Abbatissa absolverit eum sit absolutus. vel si dominus Patriarcha infra unum annum rationabiliter dictum d. Artuicum de dampno erga dominam Abbatissam exceperit. ab impetitione dicti dampni sit liberatus. sin autem teneatur dicte domine Abbatisse de eodem dampno satisffacere: hec omnia supradicta precipimus sub pena sacramenti nobis prestiti et sub pena . C. marcarum. prefate domine Abbatisse suisque successoribus et prenominato d. Artuico suisque heredibus firmiter observare.

Lata est hec sententia Aquilegie in Ecclesia maiori. in presentia d. Conradi scolastici . Worlici dicte Ecclesie Plebani. Philippi Maioris Philippi minoris. Henrici de carnea . Conradi Suevi. Leonardi de sancto Stephano. Wecellonis. Witimari.

Leonardi Cusfen. Martini Gat canonicorum supradicte Ecclesie. Petri capellani d. Patriarche. Petri capellani supradicte d. Abbatisse. Wecellonis. Wilgelmi. Wilgelmi presbiterorum. Mingulini. Viti diaconorum. Henrici Marcelli subdiaconorum. Albrehti. Wolfardi militum. Pertoldi de sancta Maria de Melereto. Andree de Sacilo. Andree de Nono. Arturici de Iniano. Worlici de Altariis. et aliorum testium rogatorum. Anno a nativitate domini. M. CC. XXVIII. indictione prima. die tertio decimo mensis Junii introeuntis. imperante domino Frederico secundo Romanorum Imperatore.

Ego Romanus imperiali auctoritate notarius huic sententie interfui et ut supra legitur ex voluntate et mandato suprascriptorum arbitrum et partium voluntate superlegitur rogatus scripsi. complevi. et publicavi.

Da pergamena già nell' Archivio Strassoldo ed in copia nel vol. XX de' mss Guerra nell' Arch. Municip. di Cividale.

Corg[h] (sic)

1228, 16 marzo, Settimo. Adalpretto q. di Giacomo di San Stino investe
di Patessio di Settimo, sua moglie e figlio Giacomo del feudo
che teneva dal padre di esso Adalpretto

Anno domini . millesimo . cc . x x viii . indictione prima . die lune . xii . intrantis
Martii . presentibus (dñi) Stefani Maremporti de Septimo . Ratoldi de Septimo .
.... eius loci . Armani .... Henrici Bonizani Marc . Sitgoio et alliorum .

Adalpretus filius q. domini Jacobi Sancti Stini investivit dominum Patessium
de Septimo . et domina[m] aarondo et filio suo Jacobo de tali feudo . quale ipse
patessius a patre dicti Adalpreti . .... ab eo habere usque ad presentem diem
et ibi dictus adalprettus ipsemet miserit in tenutam de dicto feudo et ibi
ipsi fecerunt sibi umacium .

Actum ante domum dicti patessii .

Ego Encius .... pallacii Notarius interfui et .... .

Da pergamena .... nella Bibl. Civ. di Udine.

1228. 8 Luglio. Perugia. Bolla di conferma delle donazioni fatte all'Ab.a di Moggio.

49

Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei.

(Da apografo non corretto — esiste anche nella collezione Bini. XXXIII Varia)

Dilectis filiis Abbati Sancti Galli de Mosnic ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum; quotiens a nobis petitur quod religioni et honestati convenire dignoscitur animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Eapropter Dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus Clementer annuimus, et prefatam Ecclesiam Sancti Galli in qua divino mancipati estis obsequio ad exemplar felicis memorie Lucij Pape predecessoris nostri sub Beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio Communimus.

In primis si quidem statuimus, ut ordo Monasticus qui secundum Deum et Beati Benedicti regulam in eadem Ecclesia institutus esse dignoscitur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Propterea quascumque possessiones, quecumque bona eadem Ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione Pontificum largitione regum vel principum oblatione fidelium seu alliis iustis modis Deo propitio

potuerit adipisci firma vobis vestrisque successoribus illibata permaneant in quibus hęc propriis duximus exprimenda vocabulis locum ipsum in quo prefata Ecclesia sita est cum omnibus pertinentiis suis apud Velach superius et inferius viginti tres mansos in obdas tres ad montem abitem duos cum pertinentiis suis et quicquid Cacellinus comes apud Merianum et montem unum Laris et apud Truestich in proprium possedit. ad Adelarium duos mansos in villa qui dicitur Vlaguth quinquaginta mansos apud Welchon novem mansos apud Colles sexdecim mansos ad Seletianum decem Utini duos ad Basilianum duos mansos in villa quę Zuipons vocatur duos in Versigna unum in nemore Schint in villa Chamnu unum ad nutriendos porcos, et pro utilitate communionis villarum. Vlanguth et Zugan et in Castellum sexdecim mansos Vaugarie tres mansos in Aventione unum et in Istria, locum qui portus vocatur cum omnibus pertinentiis suis duas etiam molas in Launa sitas decimas quoque de furniz . et de quibusdam aliis villis in plebe Sanctę Marię de Velach et in plebe Sancti Joannis de Cill siliis cum decimis iuxta locum Winchinse et duobus mansis piscatoriis de Caiverch

de Ingan, et de Conto plebis cum pertinentiis earun-
dem: Hospitale, quod est ad Clausam et Hospitale,
quod est Aquileie cum Pertinentiis suis Arcam unam
in Charinthia que Esso vocatur, cum piscationibus
atque omnibus ad eandem pertinentibus et Stan-
situm apud Probenveldt libertates quoque ab incli-
te recordationis Ferdinandi Imperatoris Monasterio
vestro concessas et hactenus observatas, nihilominus
auctoritate Apostolica confirmamus salva nimirum
decimis moderatione Concilii generalis Sane novalium
vestrarumque propriis manibus aut sumptibus colitis
sive de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vo-
bis decimas exigere, vel extorquere praesumat liceat
vobis Clericos vel Laicos a seculo fugientes liberos et
absolutos ad conversionem recipere et absque contradictione
aliqua retinere cum autem generale interdictum terre
fuerit, liceat vobis clausis januis exclusis excommunica-
tis et interdictis non pulsatis campanis suppressa voce
Divina officia celebrare dummodo causam non dederitis
interdicto obeunte vero te nunc ejusdem loci Abbate vel
tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet sur-
reptionis astutia seu violentia proponatur nisi
quem fratres communi consensu vel fratrum pars
Consilii sanioris et secundum Dei timorem et Beati

Benedicti regulam proviserint elligendum sepul-
turam praeterea Monasterii vestri liberam esse decer-
nimus ut eorum quoque devotione et extrema vo-
luntati qui se illic sepeliri deliberaverit, nisi forte
excommunicati et interdicti aut etiam publice
usurarii fuerint nullus obsistat salva tamen ju-
stitia illarum Ecclesiarum a quibus mortuorum
corpora assumuntur decernimus ergo ut nulli ho-
minum liceat praefatam Ecclesiam temere pertur-
bare, aut ejus possessiones auferre vel oblata reti-
nere minuere, seu quibus libet vexationibus fati-
gare sed omnia integre conserventur eorum pro
quorum gubernatione ac sustentatione concessa
sunt usibus omnimodis profutura salva Sedis Apo-
stolicae authoritate et Dioecesani Episcopi canonica
iustitia si qua igitur in futurum Ecclesiastica se-
cularisque persona hanc nostrae constitutionis pagi-
nam sciens contra eam temere venire tempta-
verit secundo tertio ne comminata nisi rea-
tum suum congrua satisfactione correxerit po-
testatis honoris sui dignitate careat reamque se
Divino judicio existere de perpetua iniquitate
cognoscat et a Sacratissimo Corpore et Sanguine
Dei ac Domini Redemptoris nostri Jesu Christi

-latiora fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat.

Cunctis autem eidem loco jura ejus ser-vantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi quatenus et hic fructum boni actionis percipiant et apud distric-tum judicem premia eterna pacis inveniant. Amen.

Ego Gregorius Catholice Ecclesie Episcopus.

Ego Otto Sergii Sanctorum Sergii et Bachi Diaconus Cardinalis.

Ego Raynerius Sancte Marie in cosmedin Diaconus Cardinalis.

Ego Romanus Sancti Angeli Diaconus Cardinalis.

Ego Pelagius Albanus Episcopus

Ego Thomas tituli Sancte Sabine presbiter Cardinalis

Ego Bartholomeus Sancte prudentiane presbiter Car-dinalis tituli exactoris.

Ego Singelbaldus tituli Sancti Laurentii in lucina presbiter Cardinalis.

Ego Petrus Sancti Gregorii ad Velum aureum diaconus Cardinalis.

Ego Reginaldus Sancti Eustachii Diaconus Cardinalis.

Ego Otto Sancti Nicolai in carcere Tulliano Diaco-

nus Cardinalis.

Datum Perusii per manum Magistri Martini Sancte Romane Ecclesie vicecancellarii octavo idus Julii indictione prima incarnationis Dominice anno MCCXXVIII.

Pontificatus vero Domini Gregorii Pape VIIII anno secundo.

Corr (ac)

14 agosto
1228, (Vigilia della Madonna) Meduna. Il patriarca Bertoldo invita il Capitolo
o 1243. di Cividale a mandargli 50 operai per otto giorni alla Meduna.

B[ertoldus] dei gratia s. aquilegensis sedis patriarcha dilecto filio .. decano civitatensi et toti Capitulo salutem et bonam voluntatem. Cum ad reparationem munitionum quas Tarvisini terram nostram ingressi noviter destruxerunt multitudinem operariorum habeamus ad presens plurimum oportunam. Deliberato consilio tam prelatorum quam fidelium ministerialium quam civium ad hoc nobis et terre subsidium de operariis promiserunt tam a vobis quam ab aliis prelatis et plebanis per Forum Julium constitutis duximus auxilium huiusmodi requirendum Devotionem vestram omni precum instantia et affectione rogantes, quatenus sicut nostrum et ecclesie aquilegensis ac totius terre statum diligitis et honorem quinquaginta operarios cum badilis et vangis et victualibus octo dierum apud Medunam omni mora postposita usque ad diem dominicam ita quod die dominico sint ibidem destinatos curetis attendentes quod quidem auctore domino cum ipsis et aliis quos habebimus decrevimus operari propter que universis presumimus videlicet ingredi Vallum hostiliter omnino adversus pactum decreti. quod quidem nisi facia= o Valdrus
tis alii de vestris id nobis firmiter prohiberemus. nec per hoc volumus vobis et ecclesie nunc seu in posterum aliquod preiudicium generari nec quod ex debito vel conditione teneamini ad id aliquando futurum.

Datum ad Medunam in vigilia beate Marie, ind. I. (1228).

Da cattiva copia nel Vol. III ~~pag.~~ (da pergamena già nell'Arch. Capit. di Cividale ora perduta) delle Perg. del Cap. di Cividale N. 77 f. ...

Cor^{d} (sc)

51

Anno 1228, 18 ottobre

XV. Kal. Nov.

Patriarca Bertoldo di Aquileja instituisce la Chiesa di Cernomel nel distretto di Mottling con dote fornita dalla Soffia vedova del Marchese Enrico d' Istria, monaca, cognata del Patriarca, fratello del Marchese, della Casa degli Andechs.

(Dalle *Historische Mittheilungen* del Carnio).

In noīe sce et individue tnitatis Amen. Cum ad hoc divine pdestinatiois nutu ac i beato pet successore Ch[i] accepim cura et regim aim ut n. solu pesse sed etiam pdei videam, debem poida ccumspectioe ac cura ppensiori his q ad salt credntiu et honore di spectare vidnt studiosi invigilare. Ore que poide statuunt ne frequti revolutioe tepum de fragili memoria hominu que reru tbe non suffic evellant. Scpture que archa memorie dr decnim mancipanda.

Hinc est quod nos Berchtold di gra sce aquilegn eccle patarch presentiu ac posteror notitie declaram quod nos justis et rationabilib petitioib pdilecte sororis nre Sophie do devote Marchionisse Ystrie iclinati, que divina dispositioe carens herede de carnis pagatioe pcednte. Christum unicu filiu virginis herede sibi salubrit peleg. Pplum in regionee que metlica dr existente, errore cecitatis involutus et ritu gntiliu quodamm imitante gremio eccle nre utpote in conterminiis nre diöcesis cstitutu, a vero ovili errante, ad via reduxim veritatis statuentes in eade pvincia in loco qui dr Schirnömel csecrari ecclam in honore sci pet[ri] pncipis aptor adjungntes eide ut de rative, mat et magistre qtuor ecclas in gmio ejusde sitas ipam filiali afftu devoti respicientes, quas ecclas in Ch[o] fundatas dicta soror nra ob remediu sie mariti sui pie memorie March Ystrie fris nri, ac salutis sue icrementu largis possessionib pdotavit. decimas ejusde pvincie sedn csuetudine romane eccle, que cap omniu est et magist[a] sce eccle aquilegn mat sue itegreliter assignando, hac forma pmissa ut oms decimas dictas possidntes a nob nrisq successorib feudalit easde accipe teneant. Dicta ut soror nra ejq successores, ad quos eadem hereditas devolvet jure gaudeat patuat. verune quis huic salubri statuto nro ejq pie devotioi sinist[a] machinatioe valeat obviar...... sacdotem ad ratificandu jus psendandi ad petitione sepedicte sororis nre in eade eccla sci petri pastore legitimu instituim. psente pagina ad firmi robur nri ac fundatcis impssione sigilli nec non et testiu quor copia interfuit aminiclo munientes.

Huj rei testes st Heinric pposit diezensis eccle. Berchtold[o] decan carniole et marchie. Berchtold pleban de grez. Heinric pleban de sca maria. Heinric pleban de vlednic. Ulric. canonic. aquilegn. Cunrad nobil de lengenbc. Meinard crimhilt. Gotefrid de cnowe. Rudeger de Rutenbe.

BIBLIOTECA CIVICA UDINE

Cunrad gallo. Ulric de psecke. Winther de cnowe. Meinhard de nazzenvett et fr. suus Rudolf. Meinhard de hohenoive. Albero et fr. suus Adelold de hophenbach. Fridericus de hophenbach. Dieteric cuzo et fr suus dietmar.

Acta st hec Anno Incarnatiois dmce m̃ cc XXVIII XV. Kl. Novembs.

Questa Sofia Marchesana d'Istria, vedova dell'ultimo Marchese laico d'Istria Enrico, della Casa degli Andechs di Merano, era figlia del Conte Alberto di Weixelberg, Casa che aveva beni in Istria, nella Karsia e nel Carnio. Questo Conte Alberto figura in atto di giudicatura del 1200 in questione pel feudo che già aveva Riccarda da Montona, ed ebbe la metà di tale feudo, Rosariol cioè, S. Vitale, la decima in Montona, i molini nella Valle, e quanto possedeva Riccarda nel Comune di Montona. Morto Imperator Enrico VI, l'Istria ripudiò così Filippo di Svevia come Ottone; Enrico Marchese d'Istria prese parte all'uccisione di Filippo, per cui fu dichiarato caduto dal Marchesato, e posto al bando, il che avvenne il dì 6 Gennaro 1209; reclamato il Marchesato dai Duchi di Baviera e dai Patriarchi di Aquileja, rimasto poi a questi ultimi. Nel 1214 fu liberato dal bando, continuando a dirsi Marchese d'Istria fino a sua morte, avvenuta nel 1228, il 17 Luglio, a Grassau presso Chiemse in Baviera. Ricuperò beni, sue erano Pisino e Pedena in Istria, aveva beni in Carintia, in Carnio, dai Vescovi di Gurk aveva il Castello di Liebig. Dei beni fu largo alle chiese ed alle abbazie.

Morto Enrico, Sofia prese il velo nel monastero di Admont della Stiria, e fu liberale in vita a favore della chiesa di Aquileja, delle abbazie; ed era veramente cognata al Patriarca Bertoldo fratello di Marchese Enrico. In morte (1256) non avendo discendente di sangue, chiamò erede la sorella del Duca Federico d'Austria, la quale fatta sposa ad Ottocaro di Boemia, recò in dote a lui il patrimonio della Sofia. D'altra parte Agnese di Merano, nipote dell'esautorato Enrico Marchese d'Istria, recava nel 1230 allo sposo Duca Federico d'Austria figlio di Leopoldo, fra altri beni dotali, alcune possessioni nella Karsia e nel Carnio. Morto Federico in guerra contro gli Ungheresi, Agnese nel 1248 sposava Ulrico figlio di quel Duca Bernardo di Carintia che all'esautorazione di Marchese Enrico, pretendeva devoluzione a lui dell'Istria, prese anche le armi per averla, e maltrattò il Vescovo di Trieste Giovanni.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco

1228, 10 Novembre: Cividale: Investitura a censo annuo d'una selva presso Togliano fatta al Comune della villa suddetta data dal Capitolo di Cividale.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. A. D. M. CC. XX VIII. ind 1. X die intrante Novembri. In presentia Coradi et Antemani aurificum. Danielis Durugi. Adamucii et coram multis canonicis.

Conradus decanus civitatensis investivit Boninum de tollano pro toto conviciniio de tollano de quadam silva ad censum XXIIII den ita quod in festo S. Mauri solvere teneantur et si in aliquo tempore contradicere vellent decano et capitulo in X marchas tenebunt, de quibus marchis Wolvoltus de Sorfumberch extitit fideiussor et pena soluta tamen censum integraliter persolvant et pactum supradictum ratum permaneat e converso illud idem decanus civitatensis et capitulum observare promiserunt. et sub eadem pena eis promiserunt non accipere eb dicta silva sita est apud tollanum confines cuius hii sunt ab una parte terra abbatisse civitatensis et Bonini de tollano . ab alia parte terra Wortongi de Sorfumberch a tercia parte versus civitatem manet villa tollanum et si quos alios habet confines.

Hoc actum fuit in civit. te ecclesie in capitulo

Ego henricus imperialis aule notarius interfui et rogatus scripsi.

Arch. Capit. di Cividale, Vol. III perg. 80.

Cor[illegible] (Rc)

1229. 17 Febbrajo. Castelliero presso Capodistria.

Dicataleno da Bonifacio e Vulcina di Tarsia procuratori del Comune di Giustinopoli (Capodistria), essendo Podestà Federico di Capriacco, mettono i confini tra i beni comunali e quelli del Capitolo della Cattedrale.

In nomine domini. Anno domini millesimo cc. xxviiii. indictione secunda. Actum in confinibus Iustinopolis in loco qui dicitur Castiliro. xii die exeunte mensis Februarii. Dicataleus da bonifacio et Vulcina de tarsia procuratores comunis Iustinopolis sub domino Friderico de Cavriaco Iustinopoli Potestate cognoscentes super teritorio canonicorum et ecclesie Iustinopolitane et inter teritorium comunis Iustinopolis positum in dicto loco Castiliro. Qui procuratores auctoritate dicti domini Friderici de Cavriaco Potestatis Iustinopoli et suorum iudicum et officialium diviserunt et designaverunt predictum teritorium Iustinopolitane ecclesie a teritorio comunis Iustinopolis secundum quod eis fuit designatum per anticos homines Iustinopolitane civitatis. et eciam confines posuerunt. latus aquarium Spigal. ab alio latere est via vetere que venit de antignano. sicut designatum est per cruces. a tercio latere est aquarum cursus inter teritorium Almerici de gauzo et teritorium predicte ecclesie. a quarto latere est via que vadit inter vineam mathei taurini et teritorium predicte ecclesie. et si qui alii sunt confines. Contra quam divisionem si quis venire atemptaret predicto comuni Iustinopolis et et ecclesie. teneatur in pena auri optimi libras duas. et pena soluta. predicta omnia firma permaneant. Huius rei testes interfuerunt Ginanus de Vileno. Dominicus avei. Udorlicus de glivosa et aliis pluribus.

Ego Severinus Iustinopolis et sac. B. (sic) Marchionis notarius. interfui rogatus ut audivi scripsi et roboravi.

Da perg. nell'Arch. Capitolare di Capodistria.

Cor^d ([illegible])

1226 [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible]

In nomine [illegible] amen. Anno Domini [illegible] XXIX [illegible] XI [illegible]

[illegible] indictione secunda, [illegible] facta est inter Capitulum Aquilegensis et [illegible] et [illegible] de [illegible] omnia que [illegible] inter eosdem in primis [illegible] et [illegible] et vassallorum [illegible] de [illegible] de [illegible] de [illegible] de [illegible] in anno [illegible] placitum [illegible] unum [illegible] in [illegible] et [illegible] [illegible] eorum [illegible] et [illegible] eorum [illegible] [illegible] eorum [illegible] modo [illegible] vassallorum [illegible] [illegible] XV [illegible] vel contumaciter se absentaverit [illegible] solvet Capitulo vel ipsis [illegible] denariorum. Si vero super principali [illegible] fuerit [illegible] in manu [illegible] vel [illegible] tamen [illegible] ad [illegible] eorum [illegible] sine omni contradictione [illegible] de [illegible] supra memorato [illegible] vel extirpaverunt a [illegible] annis [illegible] in communi [illegible] si quid vero de proprietate Capituli, [illegible] de silva [illegible] ad mansos Capituli [illegible] vel [illegible] per [illegible] personas [illegible] poterunt vel [illegible] sine omni contradictione Capitulo [illegible] ad usum et dispositionem Capituli [illegible] et [illegible] terra occupata [illegible] et [illegible] autem Capituli [illegible] pacifice extirpata [illegible] habent, eo addito quod de [illegible] de communitate non extirpabunt [illegible] communi [illegible] et voluntate utriusque partis. Ad hec [illegible] assignabunt Capitulo [illegible] de proprietate eorum vel de feudo [illegible] Patriarche et [illegible] promiserunt per se [illegible] sub obligatione

omnium bonorum [illegible] sub [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] pecuni vam [illegible] habere [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] pro [illegible] [illegible] [illegible] sunt capitulum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] non [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] personam [illegible] [illegible] penam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] compositione [illegible] [illegible] firma et inviolata permanente.

Acta sunt hec [illegible] in camera [illegible] [illegible], presente [illegible] Leonardo [illegible] Alberto [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] filio [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] de [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible].

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] notarius [illegible] [illegible] presentium [illegible] [illegible] compositionem [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible]

1229, 22 Marzo..... Il patriarca Bertoldo [illegible] ..

[illegible] d'Aquileja in Valpolicella, Mizzole, Poiano, Montorio, Olivè, e Legnago per un annuo censo di 100 soldi di denari veronesi.

Ibique D. Bertoldus dei gratia s. ecclesie Aquilegensis patriarcha vice et nomine patriarchatus in perpetuum investivit D. Wezelonem procuratorem dictarum Adelasie et Azole recipientem vice et nomine ipsarum dominarum de directo dominio et utili et proprietate et honore quod et que dictus patriarchatus aquilegensis habet et tenet vel visus fuit habere et tenere vel alii pro ipso patriarchatu habuerunt et tenuerunt et visi fuerunt habere et tenere in vale puricella . in mizolis . poiano . munteaureo . oliveto tregolano . et leniaco et in his curtis et pertinenciis et territoriis . et de omni eo quod ad patriarchatum . iure beneficii vasalatici et feudi pertinet vel pertinuit vel pertinere posset et in dictis locis tam in personis et supra personas quondam dominorum Odelrici longi . Garzapanis et Alberti de gruxolengo et eorum descendencium quam in predictis rebus quas habet patriarchatus in dictis locis tali modo et ordine fecit dictam locacionem et investituram dicto procuratori recipienti pro iam dictis dominabus Adelasia et Azda quod ipse mulieres et sui heredes perpetuo debent habere predicta omnia superius nominata a sepe dicto patriarcha pro patriarchatu . et a suis successoribus ad fictum reddendum omni anno in festo sancti Michaelis . dicto patriarche vel eius nuncio in civitate verone centum solidos denariorum v. si infra octavam non attenderint fictum postea induplētur . Ita tamen quod nulla alia pena paciantur . promisit namque dictus patriarcha pro patriarchatu dicto procuratori recipienti pro iam dictis mulieribus predicta omnia defendere et guarentare atque expedire ab omni

persona cum racione dedit parabolam pro dictis mulieribus intrandi in tenutam predictarum rerum. et per eas se possidere manifestavit. Insuper iam dictus patriarcha pro patriarchatu dedit cessit mandavit. transtulit atque refutavit predicto procuratori recipienti pro suprascriptis dominabus omne ius omneque directum dominium et utilem proprietatem et honorem et omnes raciones et actiones reales et personales. corporales et incorporales. generales et speciales. utiles et directas quas habet vel habere posset seu ad patriarchatum pertinent seu pertinere possent aliquo iure vel modo in predictis locis contra predictos Wodalricum. Garzapanem. Albertum et contra suos descendentes et contra illos qui detinerent vel haberent de dictis bonis ipsasque dominas mulieres suos nuncios et procuratores tamquam in re propria constituit fecit atque ordinavit. ut ipse domine petere luere experiri causari in omnibus et per omnia facere possint. sicut idem patriarcha poterat et per eas possidere manifestavit. Dicens idem patriarcha et protestans quod predicta omnia nulli alii vendita donata feudata alienata tradita locata fore hoc acto et expressim dicto ante contractum et post contractum et in ipso contractu si predicta non teneret in personis predictarum mulierum absencium quod teneat et valeat in presencia dicti procuratoris cedendo tamen ius et predicta superius nominata predictis dominabus Adelasie et Tyole quicquid dictus procurator fecerit dixerit promiserit atque receperit pro iam dictis mulieribus in predictis rebus accipiendis et circa ea que necessaria fuerint michi notario. vice et nomine ipsius procuratoris absentis firmum et ratum habere et tenere promiserunt sub ypoteca rerum suarum.

Anno domini Mill. ducentesimo. vigesimo nono. indictione secunda. die iovis. x. exeunte marcio. In [illegible]) In [illegible] lavege

Arch. Capit. di Cividale, Vol. III. pag. 84.

Cod. (sic)

[illegible] ?

1229, 7 aprile. - Nell'Ospitale di Vendoio (presso Varmo di Madrisio)
Il gran maestro dell'ordine degli Ospedali Tedeschi, vende ad Asquino di Varmo una proprietà colle case, terre e beni dell'Ospitale di Vrisaco, siti in Vendoio presso Madrisio per 140 marche di denari aquileiesi. (Vedi 1265. 16 marzo)

56

Vol II Processi in atti del notajo di Udine Gio. a Varij

Arch. Not. di Udine. - Processo Co. Asquino di Varmo.

In nomine Christi. Anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo nono, in hospitali de Vendoy ante Ecclesiam, die sabbati septimo intrante mense Aprilis, in presentia testium dicendorum inferius. Ibique Chunremunt, Magister Supremus omnium Hospitalium Theotonicorum ex ista parte Maris, voluntate et consensu morum fratrum a presenti die dedit, cessit et vendidit iure proprio Domino Asquino de Varmo suisque filiis et heredibus rem quandam proprietatis pertinentem Hospitali de Vrisaco, idest domum unam positam iuxta Vendoy et dedit ei cum Ecclesia et domibus, campis, pratis, silva, cum tribus mansibus positis in Vendoio prope Madrisium, cum arboribus, vitibus, cum omni terra arabili et non arabili, cum aquis, ductibus, cum introitu et exitu suo, cum omnibus finibus et coherentiis vel pertinentiis infra se et circa se existentibus et cum omni iure et actione predicte

pertinentibus et dedit ei cum omnibus his bonis, quos con=
cessit dicto Hospitali D. Antonius de Varmo pro anima sua
suorumque parentum excepta villa de Blasij et bona
que concessit ei in villa Sancti Pauli, pro qua re dictus
venditor fuit contentus et confessus et bene in concor=
dia cum dicto Ser Aquino se recepisse ab eo nomine
precii communis convenati inter eos et diffiniti iam dicte
quadraginta marchas denariorum aquilegensium
et renunciavit exceptioni non numerati et soluti
precii et dedit ei licentiam ingrediendi possessionem
dicte rei sua auctoritate et dedit ei licentiam intrandi
tenutam et posuit eum in tenutam, ad habendum, te=
nendum, possidendum et quicquid sibi suisque filiis
et heredibus iure proprio in perpetuum placuerit fa=
ciendum et si res dicto precio plus valeret, illud plus
sibi titulo donationis donavit et promisit per se et
suos successores predicto emptori suisque filiis et here=
dibus prescriptam rem auctorizare et defensare, et conditionem

Corrᵈ (Re)

Arch. Cap.

firmam tenere et in suo generali Capitulo coram suis Fratribus modo proximo venturo confirmare magis istud instrumentum. Et si hec omnia supradicta non adimpleret, promisit ei solvere nomine pene duplum precii minus decem solidis venecianorum parvorum et pena soluta, contractus iste proprietatis in sua maneat firmitate.

Testes interfuerunt rogati. Guatardus sacerdos de Varmo. Gregorius sacerdos de Gradisca. Ardemannus sacerdos de Varmo. Mengos sacerdos de Sancto Martino. De Varmo fuerunt Arthuicus Longa ventre Girardus. Chonus eius filius. Conradus de la Rosa. Johannes bornia. Martinus faber. Johannes eius filius. Matheus Magister Hospitalis de la Volta. Rosellus de Venetiis. Meinardus de Sancto Martino. Mainricus eius frater. Hermannus de eadem villa et alii multi.

Et ego Silvester Sacri Palacii Notarius his omnibus interfui rogatus scribere scripsi et bona fide complevi.

Villa de Blasiz. Non esiste una villa di questo nome, bensì presumesi la, una località; ed è quella della prateria detta Blasiz (campi 200 circa) ora dei Co. Rota, situata a destra della strada che da Codroipo conduce a S. Martino. Prima che a Co. Rota, quel prado apparteneva allo stabile Colloredo di Gorizia.

Arch. Cap

1229, 8 aprile. Concordia. Privilegi concessi all'Ospitale de' lebbrosi in Portogruaro da Federico Vescovo di Concordia. IV

57

In nomine domini nostri Jesu Christi amen. Anno domini millesimo CC XXVIIII, indicione secunda, die VIII exstante mense aprilis. Quum plantare sacras ospitalitates et plantatas fovere nobis omnibus tenemur ex ratione officii nobis commissi, ubi opera misericordie que in die iudicii in remissionem peccatorum nostrorum coram tremendo Judice sumus propositurj quotidie explicantur et fiunt; idcirco decet et utile nobis ac fratribus nostris reputamus, si ut liberius valeant pullulare et palmites misericordie longe lateque producere ipsas plantationes sanctitatis a iugo servitutis et exactionis liberamus, ne veneno malitie alicuius ipsa plantacio flores impediatur proferre et odores effundere pietatis, hinc est quod ad sustentationem pauperum et egenorum et ut derelicti ab hominibus in egestate et miseria recipiantur, constructum est ospitale ad honorem Dei et beati Lazari super flumen que dicitur Lemen iuxta Portumgruarium, in quo speramus opera misericordie efficaciter adimpleri, propter quod de consilio fratrum nostrorum et assensum, Nos Federicus miseratione divina Concordiensis Ecclesie Episcopus licet indigni (sic), ospitale ipsum et ecclesiam liberum constituimus et ordinamus et ab omni exacione angaria et perangaria immune, statuentes et ordinantes ut Rector, prior vel minister ipsius ecclesie, libere et sine contradictione agat et ordinet utilitates ipsius ecclesie secundum quod ei videbitur expedire. Insuper damus licentiam ipsis Fratribus ut libere eligant ministrum et rectorem, electum tamen nobis vel successoribus nostris confirmandum representent. Reservamus tamen nobis vel successoribus nostris visitacionem et correctionem sine dispendio tamen ipsius ecclesie vel ospitalis. In signum autem istius subiectionis et libertatis concesse, minister ipsius ecclesie teneatur nobis et successoribus nostris omni anno in festivitate Sancti

Stephani solvere librum unum incensi. Ut autem que a nobis ordinata sunt, nullatenus valeant infringi, sed firma et illibata permaneant, statuimus et ordinamus de consilio et assensu fratrum nostrorum, ut si aliquis successorum nostrorum concessionem istam attentaret infringere, quod teneatur rectori ipsius ecclesie solvere quinque libras puri auri et nichilominus ipsa concessio firma et illibata permaneat.
Huius autem concessionis testes et consencientes fuerunt D. Marcus Concordiensis Decanus, D. Jonathas Concordiensis Archidiaconus, D. Wecelo, Bernardus, presbiter Johannes, Artuicus, Musius, Mengolinarius, Matheus, Egidius canonici eiusdem Ecclesie, D. Aroldus, Armannus, Conradinus de Concordia, Leonardus Squara, Petrus Paduanus, Ubertus Vicetinus qui nunc morantur in Portugruario et aliorum quamplurium.
Actum in Concordia in Ecclesia maiori ante altare beati Stephani.

Ego Ottolinus Vicentinus sacri palatii notarius interfui et hec tamen ex iussu dicti D. Episcopi et prenominatorum canonicorum scripsi et roboravi.

Dal vol. MS. Statuta Terre Portusgruarii p. 165. Bibl. Florio in Udine.

Corz. (Rc)

1229, 2 Maggio. Nel castello di Caresperch. - D. Corrado di Caresbere e sua moglie Diemot di Rivarotta vendono al Capitolo di Cividale tre mansi e mezzo in Faugnacco.

In nomine Domini amen. Anno domini M.CC. vicesimo nono. II die intrante Madio. ind. II. In presentia et testimonio rogatorum testium. scilicet D. henrici episcopi polensis. comitis Mainardi de Gorizia. Jacobi sacerdotis de [illegible] henrici de prem. Ar[illegible]nici de montona. Ravini de Castro. folcheri de Vrenberc. Aycardi de ofenbac. Wicardi de oxignag. leonardi de legio. Barbe. Gebolfi. et aliorum multorum.

D. Conradus de Caresberc. et uxor sua domina Diemot filia condam D. Mathei de rivarotta pro precio septuaginta quatuor marcharum denariorum aquilegensis monete quod sibi datum et persolutum esse confessi sunt. renunciantes non numerati et non soluti precii exceptioni. vendiderunt et iure proprietario tradiderunt Capitulo Civitatensi. Conrado decano eiusdem Ecclesie pro dicto Capitulo recipiente. tres mansos et dimidium de suo proprio sitos in villa que dicitur fauniacum. ad habendum. tenendum. possidendum. in perpetuum. et quicquid sibi exinde placuerit faciendum. iure proprietario et dominii. sine sua suorumque heredum contradictione. cum ingressibus. egressibus accessionibus superioribus et inferioribus. pascuis. pratis. silvaticis. comunitatibus. confinibus. cultis et incultis et cum omni iure adiptos ab antico spectante. Promiserunt insuper dicti venditores pro se et suis heredibus. contra hanc venditionem numquam venire per se vel per alium. nec litem aut controversiam supra eisdem mansis in aliquo tempore movere. sed ipsos eidem Capitulo ab omni homine legitime et in ratione defendere. auctorizare. manutenere et disbrigare. et omnes expensas quas idem Capitulum incurreret ei ab aliquo supra eisdem mansis ... ... pro eisdem defendendis. ac manutenendis faceret .... resignare. sub pena dupli ipsorum

mansorum habita extimacione meliorationis eorumdem pro tempore, et in consimili loco et tam bono. Quam penam supradictus D. Conradus et Dominus Dietmarus venditores pro se suisque heredibus cum stipulatione solvere promiserunt memorato Capitulo Civitatensi: si omnia supradicta firma rata non servaverint ac incorrupta per se et suos heredes, et pena soluta ratum manere et durare irrefragabiliter nihilominus debeat. hoc vendicionis instrumentum ac supradicta venditio.

Actum in Castro de Caneppere predictis venditoribus scribi mandantibus.

Ego Jacobus imperialis aule notarius audivi. interfui et rogatus scripsi et roboravi.

Arch. Capit. di Cividale, Vol. III. pag. 82.

1229, 16 maggio. Perugia. Lettera di Pp. Gregorio IX a Gaufrido cardinale di San Marco di pacificare le discordie tra i Padovani e di Trevigiani e di impedire che il patriarca d'Aquileja portasse molestie a questi ultimi.

G[aufrido] tituli Sancti Marci presbytero cardinali, apostolice sedis legato. Draco ille qui cum angelis suis est in terram proiectus, dum cum Michaele arcangelo et angelis suis congredi attentasset, mulierem, que peperit masculum, persequi non desistit, aquam ex ore suo tamquam flumen mittens post illam, ut ipsam trahi si possibile sit faciat ab eodem, dissentionis auctor dissentionis materiam seminans inter illos, qui participatione sacramentorum sunt unum et ab aquis diluvii conservantur in archa in uno cubito confirmata. In hoc enim exultat et gaudet, si per discordiam, pacem et concordiam odio habens, homines ad sue perversitatis consortia possit attrahere, perquam ipse consortium perdidit angelorum; qui licet non sit minus arsurus, quia cum multis ardebit, sibi tamen solatium reputans ex hominibus multos socios habere penarum, eos iugi temptatione aggreditur, ut temptatos precipitet in gehennam. Eo siquidem instigante, ut credimus inter Paduanos et Tervisinos gravis discordia est exorta, perquam, ut Paduani fortiter contra Tervisinos accincti, sicut accepimus, ponendo brachium suum carnem 1), villas, possessiones et bona eorum invadant hostiliter, in vastitate hostili despoliantur ecclesie, orphani opprimuntur, pauperes et vidue prede patent et, quod deterius est, draco predictus animas captivas abducit, in quarum perditione potissimum delectatur, et etiam hoc fermento veteri, nisi quantocius expurgetur, tota Lombardia et Marchia poterit fermentari, eo quod mundus in maligno sit positus et ad malum prona natura humani generis in protoplausto corrupta. Cum igitur nostra intersit, ne animalia mitia et ferocia existentia intra

1) Jerem. 17, 5. 10.

Corr. (Rc)

archam nostre gubernationi commissam se lacessant ad invicem, providere, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus omni dilatione ac excusatione postpositis, eo quod ad se periculum mora trahit et sero medicina paratur, cum mala per longas convaluere moras, ad utramque civitatem accedas et cives ipsarum ad reformandum ad invicem pacis federa efficaciter moneas et prudenter inducas. Et si quidem non admiserint verbum pacis, cum, sicut dicitur, omnes de Societate Lombardie ac Marchie iuramento prestito teneantur de omnibus questionibus, que inter ipsos emerserint, stare rectorum arbitrio et mandato, et Tervisini, sicut asserunt, requisiti a prefatis rectoribus de parendo mandatis eorum super iis, pro quibus discordia est orta, prestiterint iuramentum, si taliter se res habet, Paduanos predictos, ut servent iuramentum huiusmodi, ut tenentur, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellas, presertim cum secundum apostolum finis sit omnis controversie iuramentum. Venerabilem quoque fratrem nostrum ...... patriarcham Aquilegensem, qui una cum hominibus sui districtus ex parte una cum Paduanis ex altera in malum Tervisinorum societatis federa dicitur inisse, ne Tervisinis eisdem per se vel suos molestiam indebite inferat vel gravamen, presertim cum eum, sicut asserunt, non offenderint neque suos, postquam nobis mediantibus in minori officio constitutis ad invicem inter eos pacis federa confirmarunt, neque occasione societatis inite contra illos de cetero

auxilium tribuat vel favorem, sed potius ad ea, que pacis sunt, fideliter et diligenter intendat, homines suos, si secus attemptare presumpserint, iurisdictione qua expedit compescendo, inducas monitione sollicita et exhortatione fideli, eum ad id, si necesse fuerit, districtione, qua convenit, ...ritia mediante, appellatione remota cogendo.

Data Perusii XVII kalendas iunii, pontificatus nostri anno tertio.

Dal Registro delle Lettere di Pp. Gregorio IX, epist. 11. cod. Bologn., vol. XXXVII, n.° 12. — Winkelmann, Acta imperii inedita I, 492. Innsbruck, 1880.

Cor^{d} (kc)

1229, ... Maggio, Udine; Il Patriarca Bertoldo ~~[illegible]~~ terre ad Asquino di Varmo che gli promette assistenza contro i Conti di Gorizia.

60

In Nomine Sanctę, et Individuę Trinitatis Amen

Anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo . . . . jnd. IIa die . . . . exeunte Madio in presentia DD. Magn. D. Vicentij joannis de Cucanea Cononis de Tricano, Mattei de Rivarotta, Tomę de Mels Antonij de Cucanea, et aliorum ec.

Dom: Bertoldus Dei Gratia Sanctę Aquilejensis Sedis Venerabilis Patriarcha pro difensione suę Ecclesię Aquilejensis, et totius Terre promisit D. Asquino de Varmo septingentas Libras Veronensium pro qua pecunia, quia eam presentialiter solvere non poterat, obbligavit eidem de possessionibus Ecclesię Aquilejensis in Villa de Vers ad reditum Marchę pro centum, et quinquaginta Lib: quasquidem possessiones promisit prefactus D. Asquinus sub pena duplivalentię dictarum possessionum restituere seu libere dimittere dicto D. Patriarchę vel Successori ejus quandocumque ei soluta fuerit pecunia pertaxata pro qua quidem pecunia ibidem juravit dictus D. Asquinus ad S. D. E. defendere, et manutenere prefactum D. Patriarcam ac Ecclesiam Aquilejensem, et astare sibi in quacumque parte . . . . vel quamcumque via . . . . viriliter impugnare et precipue contra Comitem Mainardum, et suos., et si predictus D. Asquinus immemor suę salutis contra pres sacramentum, veniret nomine penę obligavit eidem D. Patriarchę, et Successoribus suis de possessionibus ipsius usque ad duo mille, et centum Lib. de Valentia in Villa de Forforeano, cum pacto, quod prefactus D. Patriarcha vel successor ipsius possessiones

prę

predictas, si dictus Asquinus Sacramentum violaverit possit propria auctoritate occupare et occupatas detinere donec pœna duo mille, et centum librarum fuerit persoluta. Debet autem durare prefatum Sacramentum, seu obligatio antedicta, usque ad festum Beati Jo: Baptiste, proxime venturum, et ab illo usque ad duodecim annos continuos ita etiam quod si Patriarcha decederet prefactus D. Asquinus Ecclesiæ Aquilejensi assistens remaneat, et successori ejus usque ad prefinitum tempus annorum duodecim. Ibidem vero D. Bertoldus Patriarcha promisit supradicto D. Asquino si predicta occasione indignationem alicujus incurreret eumdem defendere, et prestare consilium, et juvamentum, nec eum sine culpa manifesta aliquando deserere. - Verum cum predicto, si quidem per omnia bona fide, et sine fraude procedere.

Corr (sic)

S. N.

Actum apud Utinum in Palatio suprad. D. Patriarche.

Ego Paulus Sacri Palatij Not. interfui, et rog. scripsi.

1229, 7 giugno. [illegible] Indicazione de' confini de' fondi permutati tra il (Patriarca) d'Aquileja e l'Abate di Sesto presso Fiume.

[illegible] LXXV [illegible] [illegible], p. [illegible]. Bibl. [illegible] Don.

[illegible] MCCXXVIIII, die VIII intrante iunio, ind. II, [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] Lanpergagus [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] Flumo, Warientus de [illegible] et aliorum.

Dominus Leonardus Dei gratia Emonensis Episcopus et Canonicus Aquilegensis atque gerens vicem Aquilegensis Decani pro se et Aquilegensi Capitulo consentiente prout ibi apparuit litteris sigillatis sigillo capitulari et Dominus Leonardus Abbas Rosacensis pro se et Capitulo suo consentiente, prout ibi apparuit litteris sigillatis sigillo Capituli Rosacensis, tale concambium sub poena centum marcharum monete aquilegensis nomine dictorum Capitulorum inter se fecerunt. quod prefatus Episcopus nomine Aquilegensis Capituli concambiavit et dedit prefato Abbati nomine concambii terram et curiam que quondam fuit Pertoldi fabri et Petri de Utino Aquilegensis canonici sitam in Aquilegia iuxta portas de molendinis cum omni iure eidem curie pertinenti et Aquilegensi Capitulo pertinenti: et liceat de cetero prefatum Abbatem et Capitulum Rosacensem dictam curiam vendere, donare et quicquid inde facere voluerit sine condictione Aquilegensis Capituli, promisit dictam curiam ab omni homine in iure suis propriis defensare

expensis sub poena centum marcarum. Dedit preterea prefatum Leonardum de Tricano nuncium qui poneret prefatum Abbatem in corporalem tenutam memorate possessionis. Similiter ibidem prefatus Abbas pro se suoque Capitulo suisque successoribus nomine concambii prefate curie dedit quasdam possessiones sui claustri sitas in Aquilegia in contrata piscatorum, que reddunt annuatim triginta et novem denarios aquilegensis monete cum omni iure eisdem possessionibus pertinenti et Rosacensi Capitulo pertinenti et de iam triginta et novem denariis Dominicus Bonivertus reddit sex denarios et Iacobus de Salvia sex et Martinus quondam claviger Aquilegensis Archidiaconi sex denarios et Mergart quondam reddebat viginti unum denarium in manu memorati Episcopi, eo pro se et Aquilegensi Capitulo recipiente, dedit prefatum Wernerium nuncium qui poneret Aquilegensem Capitulum in corporalem tenutam memoratarum possessionum, promisit iamdictas possessiones ab omni homine in iure suis propriis expensis defensare sub iam nominata poena et liceat de cetero Aquilegensem Capitulum iam dictas possessiones vendere, cambiare et quicquid inde facere voluerit sine condictione prefati Abbatis et Rosacensis Capituli

Corz (sic)

Ego Albertus imperialis aule notarius interfui et rogatus duas cartulas in uno tenore scripsi, unam uni parti et unam altera.

Dal Necrol. Aquil. [illegible] che questo Vescovo avesse nome Leonardo e [illegible] [illegible] di Gerardo [illegible] nel Dipl. 1242 col quale concede Indulgenze a [illegible] la fabbrica della Ch.sa d'Aquileja. VIII idus novembris Leonardus Episcopus Emonensis obiit, qui dedit ([illegible]) unam domum, de qua Fratres habent XIII denarios.

... Cividale, Il Patr. Bertoldo pubblica

1234, 15 Agosto. Belgrado. Pegno di dote ad Elisabetta sorella di D. Enrico Ainz q. D. Federico di Daniele di Belgrado, fatta al Signor Ermanno di Sacile q.m Giacomo. 22

Stamp. 1887

In nomine Christi. Anno domini. M.CC.XXXIIII. Indictione. VII. In curia de Belgrado ante ecclesiam eiusdem loci. die mercurii. XVI. exeunte mense Augusti. Inpresencia testium inferius dicendorum. Dominus Hainricus ainz filius quondam D. Federici Danielis de belgrado promisit et wadiavit dare domino Hermanno filio quondam D. Jacobi de Sacilo nomine dotis pro domina Elisabet sorori sua. VIIII. Mansus. sex proprii. et tres feudi. de quibus. duo iacent proprii. in Karintia in villa de dobrocz valt, et reguntur per Leonardum. Alii duo proprii iacent in villa de visons. quorum unus regitur per Jacobum. Alter per Marinum eius fratrem. quintus Mansus proprii iacet in villa de faiania et regitur per Aldiarum. sextus Mansus proprii iacet in villa de gradisca iuxta belgradum. et regitur per Johannem. et tres feudi in villa de vartiano. quorum unus regitur per Paianellum. et alterum per Artus. tercius per Jacobum. quos tres mansus feudi promisit supra scriptus D. Hairicus facere investire investire supra nominato D. Hermanno infra unum annum et unum diem. dominium suum a quo ipse habet et alios sex proprii dare ei. iure proprii. et dedit dictos mansos ei. cum campis.

pratis. arboribus. vitibus cum intraitu et exitu eorum. et cum
omnibus finibus coherenciis vel pertinenciis infra et circa dictis man-
sibus pertinentibus ~~infra et circa dictis mansibus pertinentibus~~ et
cum omni iure actione sibi in postscripta re pertinentibus. vel
sorori sue domine Elisabet. Ita quod liceat dicto D. Hermanno
intrare possessionem de dictis mansibus sua auctoritate ad habendum.
tenendum. et possidendum. et quicquid sibi suisque heredibus
si quos habuerit cum supra nominata domina Elisabet. proprium
iure proprio. et feudum iure feudi. in perpetuum placuerit
faciendum. salvo tamen iure filiarum dicte. domine. Elisabet si
quod habuerint in dictis mansibus videlicet Ottoline. et Diemotte. Si autem
contingerit supra scriptam dominam Elisabet mori ante dictum Her-
mannum suum virum sine heredibus. debet tunc idem d. Herman-
nus habere et possidere dictos mansos cum omni dominio quousque
vixerit. post mortem vero eius. illi rehabeant quidem iure habere
debent. et hec omnia supradicta promisit per se et suos heredes
dictus d. Hainricus attendere et observare. atque warentare ipsi
d. Hermanno. sub pena. C. Marcarum aquilegensium denariorum.
et pena soluta contractus permaneat firmus. de quo extiterunt
principales debitores et fideiussores in parte et toto supra omnibus

[illegible] Cividale. Il Patr. Bertoldo pubblica

bonis ipsorum. dominus Collo de flaxbere. Geroldus de barbian. et haina de prodolon   Testes interfuerunt rogati dominus Gregorius sacerdos de gradisca. dominus Leonardus de belgrado. dominus siboto. Constantinus. dominus hainricus de arzen. dominus hainricus filius domini mengosi de Castelos[1]. et alii plures.

Et Ego Silvester Imperialis Aule Notarius Interfui et Rogatus scripsi.

Da pergamena presso il Conte Gio. Battista di Varmo in Udine. 1884.

1) Così sta scritto nella pergamena, ma verosimilmente deve leggersi de Castelons Castions di Zoppola.

Dottor V. Joppi

Cory (&c)

29

1234. 24 novembre - Cividale Il Patr. Bertoldo pubblica la convenzione stabilita col Co: Mainardo di Gorizia per il transito dè mercanti per il Monte Croce ove era invalso l'abuso di transito dè Austriaci, Stiriani e Carinziani per evitare la muda di Chiusa.

Bertholdus dei gratia sancte Aquilegensis ecclesie patriarcha.

Notum facimus universis ad quos pagina devenerit, quod cum quedam discordia verteretur inter nos ex una parte, et dilectum nepotem et fidelem nostrum Meinhardum comitem Goricie ex altera super strata que ducit per montem Crucis de qua idem Comes asserebat, quod ad eum pertinebat dare conductum omnibus transeuntibus per ipsam, et nos quoslibet inde venientes aut redeuntes nec per mutam, nec alio modo deberemus aliquatenus impedire. Nos vero vice versa de iure nostro proposuimus taliter quod revera nepos noster conductum habeat in eadem strada et habere debuit de personis ad hoc specialiter deputatis, videlicet a Bavaris qui per montes nomine Tovver veniunt, et ab illis qui a Niderwelz supra sunt constituti, de aliis vero infra constitutis et qui veniunt de Austria et Stiria et Karinthia qui a longis retro temporibus consueverunt venire per Canales et per Clusam consueverunt venire, nihil ad nepotem nostrum diximus pertinere, immo eo quod mutam de Clusa effugere vellent, per montem Crucis transeundo, nos eandem mutam

quam illic evitare volebant, ab ipsis hic decrevimus accipi=
eandam. Super hac autem causa multis hinc inde
propositis, de communi consensu tam nostri quam
nepotis nostri fuit tandem ad arbitros devoluta.
Constitutis igitur ex parte nostra duobus, scili=
cet Volrico de Cucanna et Johanne de Portis, et in
parte altera similiter duobus, Cholone de Flachsperch
et Heinrico de Lunz pro bono pacis et concordie
promisimus ex utraque parte ratum habere, quid=
quid super dicta controversia forent hii quatuor
arbitrati. Audito itaque et examinato iure
partis utriusque dicti arbitri talem de voluntate
nostri et nepotis nostri sentenciam protulerunt,
quod dictus nepos noster conductu illo de personis
determinatis, sicut superius est expressum, libere
debeat gaudere, de aliis vero qui de Austria, et Stiria
e Karinthia per Clusam transire consueverant, si
per montem Crucis vellent aliqua de causa transire,
ne nos muta nostra frauderemur quam in Clusa
dare ~~consuevit, relaxari~~ debebant, terciam partem
eiusdem mute, sicut in Clusa dari consuevit, relaxari
constituerant, duas autem partes talis mute possu=
mus recipere ubicumque volumus, in nostro territorio,
ita tamen quod mercatores qui nobis hanc mutam
persolvunt, tam nostra quam nepotis nostri
gaudeant protectione et nec a nobis nec a nostris,
nec a nepote nostro neque suis deinceps quocumque
ire voluerint, usque ad mare eundo sive redeundo,

. . .

aliquod habeant impedimentum. Hanc autem
sententiam vel arbitrium tam nos quam nepos
noster approbantes et per successores nostros et
heredes nepotis nostri volentes inviolabilem observari
presentem paginam inde iussimus conscribi, et
tam nostri quam nepotis nostri sigilli munimine
roborari. Actum Civitate Austria, in ca=
minata, anno Domini Millesimo CC XXXIIII,
quarto die exeunte Novembris, presentibus
Volrico venerabile Tergestino electo Ottone preposito
Sancti Vldarici, Heinrico de Villalta, Nendewico (!)
filio ejusdem, Rudolfo de Cibriano, Hertwico de (Savorgnan)
Vverde, Chunrado de Kastelir, Leonardo de Sconen=
berch, Berhtoldo et Volrico fratribus de Oricano, Du=
ringo de Mels, Hermanno de Portis, Heinrico de
Valchensteine, Volrico de Rifenberch, Folkero de
Flachsberch, Hertwico de Pinsenico et aliis multis.

Originale coi sigilli nell'Arch. di Vienna

(Dal Diplomatario Stiriano del Zahn tomo II Graz 1879)

#

CXI.

73

1235. S.N. Anno Dni: M.CC.XXXV. Ind: VIII. die ultimo Mensis Februarij in presentia Dni Leonardi de Bel[?]gradi, Dni Lupoldi de Zinario, Artuici fratris eius, Armani de Bagnarola Vluino de Blesagia, Iacobini Laxi de la Mota, Morandi Nog[?] Marcii Forastarij de Cinto, Artuici de Medunio, et alior. Ibi Dns. Fulchomarius de Panigatis, et Iacobus atque Artuichus, eius Filius, Pro pretio CCC librarum Veron. quas ipsi confessi fuerunt se accepisse a Dno Rodulfo de Strolaucca, et a fratre suo Vluino filijs q. Dni Meinardi nomine finiti, et conuenti precij, renuntiantes in his non dati ac soluti precij pro ipso pretio; Ipsi videlicet Fulchomarius Iacobus, et Artuicus . . . . extenderunt dictum Dnum Rodulfum, et Vluinum de Manso uno iacente in Villota, et eius pertinentijs, ea uero ratione uti amodo quod dictus Rodulfus, et Vluinus, et eorum heredes dictum Mansum habeant, et teneant una cum accessibus, et ingressibus cum introitu, et exitu cum superioribus et inferioribus suis cum campis pratis cultis, et incultis diuisis, et indiuisis cum uitibus Arboribus cum caput Pascuis cum Aque ductibus; et Vijs, et cum omni iure, et ratione eidem manso pertinentie per legale feudum secundum quod ipsi Fulchomarius, et Iacobus atque Artuichus uisi fuerunt habere, ac possidere ad hec omnia dictus Fulchomarius, Iacobus, et Artuichus promiserunt per se, et heredes suos eidem Dno Rodulfo, et Vluino et suis heredibus, dicto Manso, et legale fudum uuarentare defendere contra omnes homines et personas in ratione, sub pena dupli ualoris boni concambij

in consimili

Die ultimo Febraro. Medun. Rodolfo et Ulvino di Stroincucca comprano da Fulcomaro di Panigai un maso in Villotta.

in consimili loco secundum bonitatis extimationem cum obligatione suorum bonorum; promittunt insuper dictos Dnus: Fatchomarius et Iacobus, atque Arnichus per se et heredes suorum eidem Redulfo, et Vluino, et heredes suorum; sub pena quingentarum librarum denariorum Veronensium quod quandocumque ipsi apparuerint cum filiorum Dni: Henrici [illegible] Vicedominus de Meduna quod Investirent eis dictum feudum quod ipsi teneantur sub prenominata pena scilicet quingentarum librarum refutare dictum feudum, et rogare Dnus ut Investirent eis dictum feudum sine precio dante, et sic dederunt eis dictum Armandum et ponat eis in tenutam quo mando [signatur?] per Dominicum Battho — — —

Actum in Meduna in domo dicti Fatchomarij &c —

Ego Otolinus Vicentinus sacri Palatij Notarius interfui, et hec [inquam?] scripsi &c —

Suprascriptum Exemplum aliena mihi fida manu extractum, ex Autentico in Pergamena Antiqua signiata in principio solito Signeo ipsius Notarij et in quibusdam verbis ob Antiquitatem Corrosum et ideo segnata . . . . . . nunc existente apud Illmum Dnum Marcum Antonium q. Illmi Dni Petri Ant.[?] et Dominis Sbroiavacce; facta prius diligenti [incontratione?] cum Dto Autentico. Ita Rogatus Ego Franciscus Caimus I.V.Dr. Collegij Vtinensis et Pub. Vta Autoritate Notarius ad presens Incola Terre Patriarcalis Sti Viti, propria manu subscripsi: et solito meo Notariatus Signo in fidem Roboravi. Die 21. Ianuarij 1674. in Villa Villotte de Sbroiavacca &c — —

3S. Di Ultimo Febraro.

di Compra fatta da Dnō Ric=
fo, et Dnō Vecinotetti, q. Dnī
Mainardo de Sbroiauacca di
P. sso posto nella Villa di Vellor
da Dnō Falcomario de Sam-
et da Jaco, et Artuico suoi
figlioli p Prezio di Lire Tre cen=
=to di Danari Veronensi.

Autentico.

Nº 8º.

24

1235... Marzo. Venzone. Rainero ed Enrico di Venzone rinunziano una Roia per molino che dalla Fella va nel Tagliamento ed un campo al nobil signor Gliezzo di Melsse e questi loro la affitta per otto denari annui.

Anno domini millesimo CC XXXV. indictione VIII. exeunte mense Martii. In presentia Moratti Grimani. Jacobi Amion. Johannis Wezatti. Raneri Johannis Meidani. Jacobi Berton Richeri Jachon. et aliorum plurium rogatorum testium

Raienerus et Henricus de Venzono filii olim quondam Iacobi dederunt et tradiderunt in perpetuum iure proprio per se suosque heredes domino Glizorio de Melset suis heredibus unam Roiam de molendino. que exit de Fela et labitur per pratum in Tulmentum. et unum campum in Venzono in loco qui dicitur Tivela confines cuius hi sunt a mane possidet Rudolfus. a sero possidet Raneriis Mafilut. et si qui alii sunt confines cum superioribus finibus predictis. accessibus et egressibus suis usque ad viam publicam cum omnibus supra se et infra se habitis et sibi pertinentibus in integrum. omnique iure et accione et usu seu requisitione sibi vel alicui proco ex ea re et pro ea re aliquo modo competente. integrum dederunt et tradiderunt sibi prefato d. Glizorio et suis heredibus in perpetuum. ad habendum, tenendum. possidendum et predicti homines Raineris et Henricus debent dare de predicta Roia et de predicto campo ab anno octo denarios ad fictum aquileiensem domino Glizorio et suis heredibus in festo sancte Marie Aquileiensis et si non solvissent ad dictum terminum debeat teneri sub pena duplicis denarii aquilegensis et prefati Raineras et Henricus non debeat ire ad placitum d. Glizori nec solvere aliquem bannum nisi d. Glizorius pro eis mitteret. et debet vel munire et auctorizare semper suos heredes. promisit ne contra predicta vel predictorum per se vel per alium aliquo modo facere vel venire aliqua occasione sub pena unius uncie auri. et pena soluta hec charta semper in sua firmitate permaneat.

Actum in Venzono sub portico ~~sub~~ Lanfranci balestrarii. ~~balestrarii~~

Ego Henricus imperiali auctoritate Notarius interfui et supra legitur rogatus, et hanc scripsi.

Da copia antica fatta sull'originale pergamena dell'Arch. del Conte Carlo di Colloredo.

1235, 30 Settembre. Casarsa. D. Corrado q. D. Wariento di Zirago per 900 lire vende ad Enrigo figlio di Donna Gotman, di lui nipote, la curia e villa di Zirago e beni annessi; un tratto in Casirago ed altro in Cavago.

Anno domini millesimo ducentesimo trigesimo quinto. Indictione VIII. die ultimo septembri. in villa casarse sub auditorio sancte crucis de casarsa. presentibus presbitero martino eiusdem ville dño Weicilone plebano de portusgruari. dño aina da purdolone. dño epo de forgare. manusso de valvexone et aliis multis.

§ Dñus coradus filius quondam dñi warienti de zirago pro novem centum libris denariorum venetorum quas dña Widon de portugruari habere debet iussu dicti dñi corradi ut in carta facta per me continetur ab hendrico filio dñe gotman nepoti dñi corradi. eidem hendrico supradicto titulo vendicionis proprium per proprium feudum per feudum libellum per libellum vendidit. dedit. cessit et tradidit ~~civitatem~~ curiam ziragi cum tota eius villa et generaliter et expresse quicquid idem dñus corradus et frater eius vel alii pro eis habebant tenebant possidebant vel videbantur habere in ~~civitate~~ curia ziragi et villa et in toto eius confinio et territorio ~~[illegible]~~ ad suas manus vel alio modo tam in sediminibus quam in edifficiis suprapositis. quam in terris. vineis. pratis. nemoribus. fratis paludibus molendinis et eorum postis. in ripis et ripiniis et generaliter in omnibus cultis et incultis. Ipsumque hendricum recipiens pro se et matre sua fratribus et sororibus suis prefatus dñus corradus pro eiamdicto precio de ~~civitate~~ curia ziragi et tota eius villa et generaliter de omni eo quod habebat vel videbatur habere in curia ziragi et eius pertinenciis iure proprietario et feudi et libelli si essent investivit uti amodo dictus hendricus et dña gotman eius mater et fratres et sorores dicti hendrici suique heredes aut cui dederint dictam

curiam cum tota eius villa cum omnibus supra dictis. dictasque
terras sedimina. possessionem et tenutas. prata nemora fratas.
paludes et generaliter omnia culta et inculta secundum quod ipse dnus
coradus et fratres eius vel alii pro eis habebant vel videbantur habere
in curia ziragi et in eius villa et eius confinio iure proprii
id quod est proprium feudum per feudum libellum per libel-
lum habeant teneant et possideant et omnem suam utilitatem
inde faciant sine omni contradicione vel repeticione prefacti
dni coradi suorumque heredum vel alterius persone. cum superio-
ribus et inferioribus suis. cum viis. accionibus et ingressionibus. cum
omnibus adiacenciis et pertinenciis proprietariis et servitutibus suis.
cum amplis. pasculis ...... alluvionibus cum ripis. ripariis. aque
ductibus. rivulis. cancibus. cum molendinis fulonibus et eorum postis. cum
venatione piscacionibus et cum omni honore. districtu dominio
comitatu iurisdicione. cum angariis et corach iure. cum
marigancia supra marigancia. cum omnibus toloneis et cum omni iuri racionibus et
accionibus realibus et personalibus dicte curie et eius ville dictisque
terris et possessionibus et pro eis sibi adversus quoscumque competen-
tibus. Et si ea que in hac vendicione deducta sunt plus supra dicto precio
valerent id quod ultra valerent titulo mere et inrevocabilis dona-
tionis que dicitur inter vivos dnus coradus hendrico dedit atque concessit.
asserensque dictam curiam cum tota eius villa dictaque sedimina terras
possessiones atque tenutas nulli alii data alienata obligata vel obnoxiata
nisi ipsi emptori hendrico prefatodicto precio. Quod si aliter reperiretur dnus
coradus hendrico stipulacione promisit et pactum fecit, liberare

et expedire dictam curiam et eius villam giragi et omnia
supradicta et introducere sive ponere illum in tenutam et posses=
sionem curie et omnium predictorum. Et dictus dnus coradus eidem
hendrico dedit cessit tradidit atque mandavit omne ius et omnes
raciones et acciones reales et personales. utiles et directas quam alias
quas habebat vel videbatur habere in curia giragi cum tota
eius villa et in dictis sediminibus. terris. possessionibus et tenu
tis et decima pro eis contra unamquamque personam constituens illum
procuratorem ut matrem suam promissit quoque dictus dnus conradus
per se suosque heredes dicto hendrico recipiens pro se et matre sua.
fratribus et sororibus suis et suis heredibus stipulans cum obligacione
suorum bonorum se pro dicto hendrico constituens precario possidere.
deffendere et warentare dictam curiam cum tota eius villa. dicta
sedimina cum edifficiis supra positis. terras aratorias. vineas. prata.
nemora. fractas paludes. molendina et eorum postas. decimas seu
ius decimarum et generaliter omnia culta et inculta. terras. posses=
siones et tenutas dictamque datam. vendicionem. investituram. dona=
tionem et cessionem ab omni homine cum racione in pena dupli se=
cundum quod pro tempore valuerint vel meliorata fuerint sub extimatione
in consimili loco; et si de predictis vel de aliquo predictorum
ipsi hendrico matri sue vel fratribus et sororibus suis et nec
suis heredibus placitum seu impedimentum apponeret vel fieret
et ob hoc dampnum aliquod vel expensas incurrerent vel paterentur totum
eis resarcire promissit in suo ~~dicto~~ ~~sive~~ sacramento et alia probacione. Et pre
dictus dnus coradus dedit eidem hendrico supra dicto dominium

ut ponat in tenutam et possessionem dicte curie ziragi
et ville ut dictum est superius et de manso de caitazo ° caitazo
et mansum de cavazo.

Ego ugolinus balductanus sacri palacii notarius interfui et iussu
eorum hoc scripsi.

Da pergamena nella ... Soppr.

Anno 1235.

3 Ottobre, Indizione VIII. Umago.

Procura rilasciata dal Vescovo Bernardo di Trieste.

(Da membrana dell' Archivio Capitolare di Trieste).

In nomine Dei eterni, anno incarnationis ejusdem millesimo CCXXXV, die tercio intrante Octob. Indictione VIII. Dominus W. Dei gratia tergestinus electus constituit Nicolaum notarium ejus procuratorem et actorem in causa quae inter ipsum ex una parte et Matthiam de Glemona ex altera vertit coram domino S. torcelano Episcopo. Ad agendum, respondendum, excipiendum, replicandum, contradicendum et appellandum, quicquid in dicta causa necesse fuerit faciendum ratum et firmum habere promittens quicquid in dictis duxerit faciendum nuncius et procurator.

Actum in humago presentibus Andrea presbitero Domino Wernardo de Mucho Jetemario filio domini Bernardi de tergesto.

Ego *Rantulfus* sacri palacii notarius interfui rogavit hanc cartam subscripsi et roboravi.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

BIBLIOTECA CIVICA UDINE

Congd ([illegible])

1236, 9 maggio. Presso la Chiesa di S. Pellegrino. Elezione di arbitri nelle questioni per confini tra le ville di Castions e Morsano del capitolo d'Aquileja e quella di Capellis spettante al Monastero d'Aquileja. 27

[illegible]

A. D. MCCXXXVI, ind. VIIII, die veneris. in Foro Julii apud ecclesiam sancti Pellegrini VIIII die intrante Madio. In presentia D. Oldorici Tergestini ....., D. Leonardi Abbatis Rosacensis, D. Rodulphi de Savoriano liberi, D. Volrici de Cucanea, D. Ma..... de Glemona. .... Super litem et causam que vertebatur inter Capitulum Aquilegensem et villas eorum scilicet Cas[tellon] et Morsanum a XXV annis usque nunc et Dominam Herburgem Abatissam ...... sancte Marie monialium nomine sui claustri et ville eiusdem [de Capellis] Hartuicum et Federicum fratres de Castello ... . et Morsanum et ville que dicitur ..... et eius villam Cucaneam. D. Leonardus thesaurarius, D. ..... canonici Aquilegenses, D. Octavius de Athens et ... de Gonars Domini Patriarche Aquilegensis gastaldiones electi arbitri de ...... et voluntate omnium supradictorum dominorum et confirmatione D. Domini Patriarche Aquilegensis ..... et diffiniendum litem ..... super lite et controversia teritorii que vertitur inter villam de Castellono de Strata que est villa canonicorum aquilegensium ex una parte et villam de Capellis que est claustri sancte Marie monialium aquilegensium ex altera iuraverunt ad interrogationem D. Leonardi thesaurarii et D. Leonardi ... . canonicorum aquilegensium et D. [Ottavi] Gastaldiones

de alteris, Petri gastaldionis de Carisaco arbitrorum conpromissorum a D. Patriarcha Aquilegensi de consensu et voluntate utriusque partis . . . . illi de Casellis in contrata . . . . per ipsos . . . . . cum illis de Castellono et Morsano pascolabatur ad invicem in pace . . . .

Ego Otto imperialis aule notarius presentem cartam in nota facta quondam Andree bone memorie, notarii aquilegensis notitiam inventam auctoritate et precepto D. B. . . . . . . Sancte Aquil. Eccl. Patriarche mihi apud Aquilegiam dans viva ipsius voce in palacio iuxta fenestras versus occidentem . . . . presentibus DD. Heinrico presbitero capellano, Rigardo capellano

Dalle Colley. Portis – Guerra VII. XIII, 202.

1236, 18 febbrajo — Stefano Ab. di Sesto investe di 1/3a parte della Curia di Sbrolavacca Rodolfo ed Ulvino q.m Mainardo di Sbrolavacco dietro alle religuazione fatta da D. Bonifante, Roperto e Ulvino, q.m D. Ulvino di Valvasone ed D. Ulvino q.m D. Vuoscalko di Sbrolavacca.

28

Bibl. Laurenziana, fondo Ashburnham.
Cod. 1301 (n.° 1227 del Catalogo Italiano) vol. II
" Doc. n.° 67
(Copia del secolo XVI)

Anno dni MCCXXXVj Indict. viiij die xi exeunte mense februar[io] In p[re]sentia dni Arponis Sextens cenobij Monaci, Warini de Sbrolauacca Henrici de Ruigña Orosi fratris eius Dni Arponis de Villa sancti viti Sclavi eius filij Mengosdij filij Dni Adalpti de Naono Henrici de Arzeño Dni Conradi de Versola . . . . (sic) . . . de Marigña Vuecellonis et Joannis filijs arnoldi de Marignana, Laurenty de Sbrolavaccha Joannis p[re]sbiteri et aliorum quamplurium. Ibi Dnus Boninfante et Ropteus atque Vluinus fily q. Dni Vluini de Valuasono, et Dnus Vluinus filius q. Dni Wuoschalchi de Sbrolauaccha cum eis reffutauerunt seu ressignauerunt in manu Dni Stefani Dei gratia Sextens abbatis omne ius omnes que rationes et actiones tam reales quam personales quod vel quas ipsi fratres videlicet Boninfante Ropretus et Vluinus in sua tertia parte habebant vel visi sunt habere in

de alteris, Petri gastaldionis de Carisaco arbitrum constitutorum
a D. Patriarcha Aquilegensi de consensu et voluntate utriusque
partis . . . . illi de Capellis in contrata . . . . .
ipsos . . . . . cum illis de Castellono et Morsano . . . per
inviciem in pace

Ego Otto imperialis au...
facio quandam Andr...
notitiam inventam ...
Aquil. Eccl. Patr...
ipsius voce in palacio
presentibus DD. Main...
. . . . .

Dalla Colle...

Corr. (sic)

Curia de Strolauaccha et in eius ptinentiis
intus et extra tam in campis quam in pra
tis et in siluis et in omnibus aliis p feu-
dum a dicto dno abbate et ab Ecclesia Sextensi.
Postea vero ibi incontinenti in psentia
pnominatorum testium Dictus v° dominus
Stefanus abbas Sextensis ad legale feudum
investivit dnum Rodulfum de Strolavacca
Vluinum fratrem suum filios q. Dni Mai-
nardi de dicta tertia parte Curiae secundum
ut superius dictum est et secundum quod
Dicti fratres visi fuerunt in dicta Curia intus
et extra habere (et possidere) et tenere) et dictum
dnum Vluinum filium q. dicti dni Wosthalchi
in iure Patrimonij (sic) . . . . cum eis ea vero ratio-
ne ut a m° quod pnominatus D. Rodul-
fus et Vluinus frater eius p se et heredum
suorum habeant et teneant atque possideant
dictam tertiam partem Curie intus et extra
secundum ut superius dictum est una
cum accessibus et ingressibus cum introitu
et exitu cum superioribus et inferioribus
suis cum omni iure et ratione ad illam

1...
1/3a parte
Mainar...
DD. Bonifa...
D. Ulvino...

1236, 18 febbrajo — Stefano Ab. di Sesto investe di
parte della Curia di Sbrolavacca Rodolfo ed Ulvino q.m
...inardo di Sbrolavacco dietro alle religuazione fatta da
...cinfante, Roperedo e Ulvino, q.m D. Ulvino di Valvasone ed
...lvino q.m D. Vuoscalco di Sbrolavacca.

tertiam partem curie pertinentibus et ipsis fra.
tres et heredes eorum defficientibus dictum
pheudum iure Patrimonij in dicto Vluino
vel heredibus suis qui pro tempore fuerint
perveniat adh etiam dictum vero Dnus abbas
nomine sui monasterij promittendo p se
et suos successores eidem Dno Rodulfo et Vluino
fratribus et eorum heredum dictum pheudum
war et defendere in ratione cum obligatione
bonorum Ecclesie Sextens et sic dedit eis
henricum de riuignāno qui ponat eis in tenutam
Acte in villa de Marignana in Platea
et Cap. Pontis
Ego Ottolinus Vicentinus Sacri Pallatij
notus interfui et hec scripsi

1236, 4 giugno. Terni. Papa Gregorio IX conferma all'Abazia della Beligna i suoi possessi a S. Giovanni di Tuba, a Visinone ed a Medeano.

Gregorius episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis .... Abbati et Conventui Monasterii Belligniensis ordinis sancti Benedicti Aquilegensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desiderijs dignum est nos facilem prebere consensum et vota que a rationis tramite non discordant effectu consequente complere. Ea propter dilecti in domino filii vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras et Monasterium Belligniense in quo divino estis obsequio mancipati cum omnibus bonis que impresentiarum rationabiliter possidet aut in futurum iustis modis prestante Domino poterit adipisci sub Beati Petri et nostra protectione suscipimus, specialiter autem Sancti Johannis de Tuba, de Visione et de Medan Ecclesias Villas terras possessiones redditus et alia bona vestra, sicut ea omnia iuste et pacifice possidetis vobis et per vos Monasterio predicto auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Data Interamnis IIII. Junii Pontificatus nostri anno decimo.

Da copia fatta sull'originale da mons. fr. Florio ... Flor. V. I.
Dipl. Aquil.

Anno 1236.

6. Decembre Indict. V. Tibure.

Imperator Federico II pronuncia i dritti di pubblico gius che spettano al Patriarca d' Aquileja nel Marchesato d' Istria di confronto ai Baroni, ai Comuni ed ai Veneti.

(Da Codice MS. copia d' altro ch' era del Fiscalato di Gorizia e dal Cappelletti, Chiese d' Italia. — Aquileja pag. 285).

Fridericus Dei Gratia Romanorum Imperator et semper Augustus, Universis praesentibus et futuris ad quos praesentes literae pervenerint.

Ex secreto et ineffabili bonitatis summae consilio Imperatoriae dignitatis assecuti fastigium, tanto magis nos condecet, si salutem animae nostrae diligimus, habere Deum prae oculis, quanto prae caeteris ad ipsius protegendam Ecclesiam exaltavit. Aquilejensem Ecclesiam quodam privilegiato affectu diligimus tum quod praeeminet Ecclesiis universis quae Romano subsunt Imperio, tum etiam propter fidelissimi et dilectissimi Principis nostris Bertholdi Patriarchae Aquilejensis merita. Idcirco latas in Curia sententias habere ratas volumus et in perpetuum confirmamus.

Unde nosse volumus a nostris esse sententiatum Principibus in plena curia, quod si dictus Patriarcha in civitatibus suis vel castris villis et locis aliis ubi habet jurisdictionem ordinaverit aliquid de fori venditione, ratum et immutabile penitus habeatur.

Item quod liceat D. Patriarchae bannire et disbannire quoslibet in jurisdictione sua.

Item quod non liceat civitatibus, castellis et villis quae subsint Patriarchae eligere per se Potestates, Consules vel Rectores praeter voluntatem ipsius Patriarchae.

Item quod non liceat alicui Civitati, Comunitati, Universitati, clerico vel laico, ubi dictus Patriarcha habet jurisdictionem intromittere se de Episcopatu post decessum Episcopi vel de aliquibus rebus ad Episcopatum pertinentibus.

Item nulli liceat tributum, monetas, forum constituere de novo in D. Patriarchae jurisdictione sine voluntate ipsius.

Item quod nulli liceat in aquis navem portantibus vel aliis fluminibus sine voluntate ipsius construere molendina.

Item quod nulli liceat Gastaldioni vel officiali manumittere debitales vendere vel alienare vineas agros prata vias vel aliqua quae pertinent ad regalia sine voluntate ipsius.

Item quod Veneti non possint ponere terram Patriarchae censualem, vel aliqui alii, nec cogant homines ipsius sibi fecere fidelitatem.

Item quod nulli constituto in jurisdictione D. Patriarchae cujuscumque sit conditionis sive liber, sive vassallus, sive ministerialis, liceat facere conspirationem sive conjurationem, sine consensu D. Patriarchae, et quod si factae essent, irritentur et quicumque resisterent, sint proscripti.

Item quod nulli liceat in jurisdictionibus D. Patriarchae de novo construere (constituere ?) civitates, castella, fora sine voluntate ipsius.

Datum Tibure in festo beati Nicolai Indictione nona MCCXXXVI, praesentibus S. Moguntinensi Archiepiscopo, W. Pataviensi Episcopo, Antonio Tridentinensi clerico Imp. Mariscalco V. de Blande Imperat. dapifero R. de Eunelbach, M. Unangowe Ministerialibus et aliis multis.

Memorabile pronunciamento il quale mentre fissa i canoni del gius pubblico, di esercizio del Marchese, manifesta come fosse in contesa, e come fosse inosservato, così dai Veneti, come dai grandi Baroni e dai Comuni.

Grandi questioni vennero pel diritto di nominare i Podestà, i Consoli, i Magistrati delle città e castella, i quali venivano proposti al Patriarca dai Consigli Comunali; e — singolare — preferivano i Comuni di darsi ai Veneti che di pieno e libero arbitrio nominavano i Podestà.

Vietavasi che alla morte di Vescovo l' Autorità locale prendesse in custodia i beni, argomento questo di perpetue questionerie. Vietavasi la zecca, il concedere mercati, vietavasi di innalzare a rango di città, di castella o di borgate, vietavansi le leghe o congiure, vietavansi i molini sulle aque da navi o fiumi.

Osserviamo che quei *debitales*, i beni dei quali non potevano venire distratti, erano i possessori di quelle terre del Patriarca soggette a censo, le quali appartenevano al suo patrimonio siccome Marchese, ed in ogni città aveva predio che dicevano *Contrada del Patriarca*.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

1297, 23 febbrajo Livraldo [illegible]
Cosan e Nodan q. Brunicchetto
[infeu]dano un Sedime ..
Corrado Pappo, pagandolo due
[dan]ari al passo annualmente.

In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo ducente-
simo, nigesimo septimo. Indictione .... Decima, sexto
die exeunte Febrvario. In presentia Ceriolti, Iohannis
filij Dni Rainaldi, Pezzi filij Dni Leonardi Iofe, Leo-
nardi filij Dni Iohannis de Oscaria, Volvini, et alijs.
Cosan, et Nodan filij Qm Brunicchetti per se, et suos he-
redes dederunt, et investiverunt Conradum Pappum pro
se et suis heredibus de uno Sedimine sue terre, quam
habebant in Porta Braxana iuxta rivulum apud terram
Morini, ita tamen, quod eis debet solvere annuatim
in Purificatione Sancte Marie duos denarios Aquilegenses
pro quolibet passu sub pena dupli summa denariorum
vigintidue, de, et tali pacto, quod si ipse, vel ejus here-
des aliquo tempore suam voluerit vendere rationem
quod eam debet vendere profane prefatis Cosan, et No-
dan, et eisdem dare octo denarijs minus iusto pretio,
quam alicui, si emere voluerint. si eam emere no-
luerint, tunc habeat ipse, et sui heredes licentiam et
potestatem suam rationem cui voluerint dandi donan-
di, et pro anima iudicandi, excepto servo, vel Ecclesie
vel homini crivitoso, per quam possint suam ratio-
nem perdere. Quod Sedimen dicti Fratres per se, et suos
heredes promiserunt prefato Conrado pro se et suis he-
redibus De[…]ctorizare, et expedire ab omni
contradicente Persona [cu]m ratione sub pena dupli. Cum
omni melioramento, quod in eodem factum fuerit
aliquo tempore ad extimationem bonorum hominum
in consimili loco, et ita dederunt ei datum, et Nunci-
um ad ponendum in Possessionem. Actum in Civitate
in Statione Dni Bertramini

S.N. Ego Iacobus Imperialis Aule Notarius audivi, interfui, et
rogatus scripsi

[illegible] Hominum omnes [illegible]

[illegible]

[illegible] homines [illegible]

[illegible]

1237. 26 Febbrajo. Nel castello di Artegna. Il Signor Porcardo di Artegna e moglie ~~cedono~~ case e fondi in Cividale in cambio di un maso in Carpeneto e danari a Noongo di Premariaco.

32

A. D. millesimo cc. XXXVII. ind. X. die iovis III. exeunte Februario in presentia d. Glanissi de Artenia. d. Pelegrini et Lienardi fratrum de Gringulla. d. Valfrani de Clama. Cotani pitaffi. Matthie de Vorganis de Buia. Conradi eius filii. et aliorum plurium. D. Porcardus de Artenia. et uxor eius domina Maitel. pro se et suis heredibus et pro precio. XX. librarum veneciarum parvulorum et pro uno manso iacente. in villa Carpenedi qui mansus regitur et laboratur per quendam nomine Glanza prout dicebantur a d. Noongo de premariago. receperunt et in se contenti fuerunt habere. et exceptioni non numerate pecunie. et non recepti mansi pacto renunciaverunt. fecerunt datam eidem d. Noongo ad proprium pro concambio dicti mansi et pro dictis. XX. libris de parte curie et domorum. quam ibi venerunt. iacentem in Civitate. apud ecclesiam sancti Petri in qua curia et domorum Raimarius olim habitabat. et hanc datam recipiente pro se et uxore domina nomine Tructa et pro suis heredibus et taliter inter se datam fecerunt. de dicto concambio. quod uterque pars. habeant et teneant ac possideant. prout est concambiatum cum introitu et exitu et cum omnibus racionibus et accionibus ad dictam curiam et domorum et mansum a cello usque ad habissum in integre pertinentibus. promiterunt una pars alteri. in pena dupli quod dictum concambium. modo vallet. vel pro aliquo tempore valluerit in consimilibus locis varentare et defendere et autorizare. pro se et suis heredibus. una pars alteri ab omni homine et ab omni persona et parte in racionem. et si facere nequiverint quod solvant penam una pars alteri; pena quoque soluta. presens carta firma permaneat et incorrupta et nichil hominus servetur et dederunt una pars. alteri. verbo intrandi tenutam. Nuncius fuit vero ad ponendum d. Noonguum et uxorem suam d. tructam et suos heredes. in tenutam. et possessionem de parte dicte curie. et domorum d. Matthias dictus. et ad ponendum d. Porcardum et dictam uxorem suam et suos heredes. in tenutam et possessionem de dicto manso. nuncius fuit dictus pitus. promittens quoque dictus d. Porcardus, et uxor eius d.

Maitel pro se et suis heredes. eidem d. Noongo. recipienti pro se et ~~suis heredes~~ uxore sua d. Tructa. et pro suis heredibus. in pena .. marcharum aquilegensis monete. quod eidem ipsi iugales et sui heredes non vendeant nec dabunt nec donabunt nec aliquo modo alienabunt. hereditatem et podere quam in idem domine Maitel venit ex parte matris sue domine Irmingard. nisi prius denunciaverit eidem d. Noongo et uxori sue d. Tructe et suis heredibus et domine Ricarde sorori sue uxori olim d. Vicardi et suis heredibus dicte Ricarde. et illud idem promisit. dictus d. Noongus pro se et uxore sua d Tructa et suis heredibus. et in eadem pena, ipsi duo ipsi d. Porcardo et uxori sue d. Maitel et suis heredibus et dicte Ricarde et suis heredibus quamvis sit absens. et si quis ex dictis iugalibus. vel ex suis heredibus contra venerint vel fecerint. quod teneantur solvere uni allii. et Ricarde et suis heredibus dictam penam. pena quoque soluta. presens carta firma permaneat et incorrupta et nichillominus servetur. idest quod teneant vendere. dictam hereditatem et podere una pars allii et dicte Ricarde (et) suis heredibus pro minori precio quam uni allii.

Actum in castro Artegne (sic) ante domum dicti d. Ghiribisi.

Ego Iohannes sacri pallacii notarius interfui et rogatus scripsi.

Da copia nel Vol. XXIX (18 Colleg. Guerra nella Bibl. Civ. Cividale), da pergamena già nell'Archivio Galli.

1237, 28 Maggio. Udine: Il patriarca Bertoldo approva la vendita di alcune possessioni, fatta dall' Abate di Moggio al monastero di Admont.

[illegible] anno Domini m

[illegible] CCXXXVII. die IV exeunte Maii regnante domino [illegible]

[illegible] imperatore [illegible] indictione X. [illegible] Bertoldus Dei gratia

[illegible] Aquilegiensis ecclesie Patriarcha [illegible]

[illegible] factam a domino Jacobo [illegible] electo, [illegible] Chunrado

[illegible] de Admont [illegible] suo Monasterio [illegible] possessionibus,

[illegible] Monasterium Mosacense hactenus habuit et possedit in loco

[illegible] Chyrchaim, ita quod amodo dictum monasterium

Admont predictas possessiones habeat, teneat et possideat

[illegible] fecit voluntatem. Hoc autem fecit

[illegible] pretio XLVI marcarum denariorum [illegible], quas

[illegible] marcas [illegible] in utilitatem ecclesie

[illegible]

[illegible] in Castro Utini [illegible]

[illegible] testes [illegible]

[illegible] de [illegible]

[illegible] Trecesimo, [illegible] de Cucania, [illegible]

[illegible] fidem [illegible]

[illegible] Patriarcha [illegible]

[illegible] sigilli [illegible]

Ego [illegible] notarius [illegible] rogatus

[illegible] scripsi.

Pez, Thes. Anecd. III, 683. Aug. Vindel.

1238, 15 Gennajo. ... Vendita di due campi in Cassanan oltre l'aqua del Cormons a D. Federico di Colmalisio

34

In millesimo ducentesimo trigesimo octavo, indictione XII, die XV intrante mense ianuarii. Qualiter Gotaldus da Casanan et Uxor sua Cunegundis pretio et foro quatuor marcarum et XL denariorum aquilegensis monete dederunt et vendiderunt ad proprium Domino Federico de Collemalisio duos campos terre iacentes in pertinentiis Casanan ultra aquam que dicitur Cormos ubi dicitur vipa. Item unum campum terre iacentem ubi dicitur Albiola de Valle. Item unum campum terre ubi dicitur Val Jac.. Item duos campos terre. Item duos campos terre iacentes in pertinentiis de Casanan.

Carta manu Philippi notaria

Da copia nei MSS. Concina T. III, 1.

1238, 23 Aprile — Sommario di atto di vendita di casa sulla piazza di Udine a D. Federico di Colmalisio

A. D. MCCXXXVIII. ind. XII, die VIII exeunte mense aprilis. Qualiter Iohannes Mucciprunus de Utino precio et foro trium marcarum denariorum aquilegensis monete ad proprium dedit et vendidit D. Federico de Collomalisio unam domum iacentem in foro Utinensi: Fideiussit in omnibus D. Articus de Coronzano sive fideiussor stetit.

Carta manu Philippi notarii

Da copia ne' MSS Concina T. III, 1.

Cor [illegible]

36

1238, 2 aprile. Viterbo. Papa Gregorio IX chiede informazioni ai Vescovi di Emona ed all'Eletto di Trieste, se fosse possibile, come proponea il
~~1236. Ex Tabulario Vaticano Tomo XI. V MSS.~~
Patriarca d'Aquilea, di erigere in cattedrale la Chiesa abbaziale
~~Aquilegensis T. ... pagina 457~~
di Obremburg e di trasferirvi il vescovo di Pedena.

Gregorius PP. IX. Copia dai MSS. Vaticani, nella Colleg. Fontanini, Bibl. S. Daniele.

... Episcopo Emonensi et Electo Tergestino

Venerabilis Frater noster ... Patriarcha Aquilegensis et sibi meritum comparat apud Dominum et spiritualium Nobis prestat materiam gaudiorum, quia sicut minister Christi et mysteriorum dei providus dispensator familie sibi credite non plus preesse cupiens quam prodesse posponit temporalia commoda profectibus animarum, ac in grege sibi commissa non que sua sunt, sed quod jesu Christi requirens, non tam pasci ab ovibus, quam eos pascere delectatur, et ne quod absit illas non agnoscere vel non agnosci ab eis a Domino arguatur, cui de ipsis redditurus est rationem et si eundem gregem pascere nequeat per se ipsum, curam tamen ipsius dividere providit in plures. ex parte siquidem dicti Patriarche, fuit propositum coram Nobis, quod Aquilegensis diocesis adeo est diffusa, quod eam, que per decem dietas et amplius versus Ungarie partes diffunditur, non potest, sicut debet, comode vigilare, presertim cum in ipsa sit quedam loca in quibus propter difectum officii Pastoralis multi sine consignatione Chrismatis moriuntur et alie gentes illarum partium in spiritualibus grave sustinent detrimentum, propter quod timetur non modicum, nec precipites proruant in errorem, a quo non sint de facili eruendi. Quare timens, ne sanguis illorum de suis manibus a domino requiratur, nobis humiliter suplicavit, ut in monasterio de Oberemburch ordinis Sancti Benedicti quod ~~ingu~~ ipsum nullo

per.

pertinet mediante ... erigendi Cathedralem Ecclesiam, vel transferendi ad illud Petenensem Ecclesiam, que est adeo desolata, quod paucis vel nullis Canonicis morantibus in eadem, de reformatione ipsius spes aliqua non existit, licentiam sibi concedere curaremus. Nos igitur ejus propositum dignis in Domino laudibus commendantes, ac volentes ut res tam ardua cum debita maturitate procedere, mandamus, quatenus utrum Aquilegensi Ecclesie hoc expediat, et ad id Capituli sui accedat assensus, nec non etiam statu predicte Petinensis Ecclesie, et si dictum Monasterium ex hoc servetur indempne, et utrum sufficiens et idonea provisio futuris Episcopo et Capitulo assignetur, ac de universis negotii circumstantiis sollicite inquirentes, que inveneris Nobis fideliter rescribatis. Datum Viterbii IV. nona Aprilis Pontificatus nostri Anno undecimo.

(Da Volumi di Documenti raccolti dal quondam Monsignor Florio di Udine nell'Archivio del Capitolo d'Aquileja li quali non hanno titolo, ne numerazione di volume, o di pagina, ed esistono nella Biblioteca del Sig. Conte Filippo di lui nipote.)

Corr (sic)

Poss.° dal D.r Vin.° Joppi
V nozze Brenda — Zotto
Udine. Seitz. 1878

1238, 7 giugno. Aquileja. Elezione di arbitri nelle differenze tra Artuico di Castello ed il Capitolo d'Aquileja per prati e boschi in Cassius. — 1239, 17 gennajo. Sul palude di Cassius. Sentenza dei suddetti arbitri.

37

In nomine Dei aeterni amen. A. D. MCCXXXVIII, ind. XI, die VII intrante iunio. Actum Aquilegie in presentia D. Sibotonis vicarii D. Imperatoris, Mathie militis aquilegensis, Henrici militis de Juaniz, Ragonis militis de Tamnico, Reneri nepotis q. Rupongi Prepositi S. Felicis, Bertuldi clavigeri D. Patriarche et aliorum.

Cum quedam questio verteretur inter capitulum aquilegensem ex una parte et D. Artuicum de Castello ex alia super quibusdam pratis, silvis extirpatis et non extirpatis ad id devenerunt quod Capitulum et dictus D. Artuicus de omni voluntate in arbitros compromiserunt ac ipsos comuniter elegerunt, videlicet D. Leonardum Decanum aquilegensem et D. Leonardum thesaurarium aquilegensis ecclesie, promittentes sub pena centum marcarum denariorum aquilegensis monete ratum et firmum habere in perpetuum quidquid dicti arbitri super predictis fuerint arbitrati et non contravenire aliqua ratione vel occasione et quecumque pars contra arbitrium quod fuerint arbitrati ire attemptaverit, altere parti in pena predicta centum marcarum teneatur, arbitrium nichilominus firmum et ratum in perpetuo habeatur.

Ego Filippus sacri palatii notarius interfui et rogatus scripsi.

In nomine Dei aeterni amen. Anno Domini MCCXXXIX,

ind. XII, die XV exeunte ianuario. Actum in palude de Castellono in presentiis. Leonardi sacerdotis de Castellono, Johannis de Zulano, Florandi militum de Castello, Walconi et Casotte de Morsano, Andriboldi, Paginelli, Marci de Castello et aliorum multorum.

D. Leonardus Decanus Aquilegensis et D. Leonardus thesaurarius Aquilegensis arbitri electi a capitulo aquilegensi ex una parte et a D. Artuico de Castello ex alia super quadam lite que ventebatur inter eos, sicuti continetur in publico instrumento facto manu Filippi notarii aquilegensis, de comuni voluntate tale arbitrium inter eos tulerunt. In primis preceperunt D. Artuico predicto sub pena centum marcarum denariorum aquilegensis monete quod omnia prata que sunt iuxta levatam per quam itur de Castellono Marianum versus occidentem sita, que prata se dicebat habere in feudo a D. Patriarcha, quod libere et absolute Capitulo prefato dimittat et eadem prata quandocumque Capitulo memorato placuerit in mano dicti D. Patriarche debeat resignare.

Item sub pena predicta eidem preceperunt quod omnia que de novo extirpata erant ab hominibus de Castellono sive a suis iuxta aquam Zeline versus occidentem, quod absolute et pacifice dicto Capitulo demittat. Preterea eidem D. Artuico sub memorata pena iniunxerunt, quod de cetero de silvis non debeat aliquid facere extirpare nisi quod extirpatum erat usque in diem in quo latum est arbitrium.

Item eidem D. Artuico sub predicta pena preceperunt quod homines

1238, 7 giugno. Aquileja. Compromesso in arbitri per questioni in paludi e boschi presso Castello, tra il Capitolo di Aquileja ed Artico di Castello.

1239, 17 gennajo. Nella palude di Castello. Sentenza sulle dette questioni.

Filippo not. di Aquileja. Da processo negli atti del Capitolo di Aquileja dell'anno 1443, nell'Arch. Capit. di Udine.

In nomine Dei aeterni amen. Anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo octavo, inditione undecima, die septimo intrante iunio. Actum Aquilegie in presentia D. Sibotonis Vicarii D. Imperatoris, Mathie Militis Aquilegensis, Henrici Militis de Suaniz, Hugonis Militis de Jamnicho, Reynerii nepotis ejus, Hugonis Prepositi S. Felicis, Berthaldi clavigeri Domini Patriarche et aliorum.

Cum quedam lis et questio verteretur inter Capitulum Aquilegense ex una parte et D. Articum de Castello ex alia supra quibusdam pratis et silvis extirpatis et non extirpatis, ad id devenerunt quod Capitulum et dictus D. Articus de comuni voluntate in arbitros compromiserunt ac ipsos communiter ellegerunt videlicet D. Leonardum Decanum Aquilegense et D. Leonardum Thesaurarium Aquilegensis Ecclesie promittentes sub pena centum marcharum denariorum aquilegensis monete ratum et firmum habere in perpetuum quicquid dicti arbitri supra predictis fuerint arbitrati et non contravenire aliqua ratione vel occasione et quecumque pars contra arbitrium quod fuerint arbitrati ire attemptaverit, alteri parti in pena predicta centum marcharum teneatur

contradicione et quod fossatum debeat fieri inter eos ita quod medietatem faciat D. Arturicus et medietatem homines de Castello.

Item predicti arbitri sub sepedicta pena utrique parti preceperunt dictum arbitrium semper inviolabiliter observare et quecumque pars contra dictum arbitrium ire attemptaverit, alteri parti arbitrium servanti in pena memorata teneatur et pena soluta arbitrium nichilominus in sua permaneat firmitate.

Ego Filippus sacri palacii notarius interfui et rogatus scripsi

Corr. (sic)

Capituli libere et absolute silvam intrare dimittat et incidere secundum quod hactenus inciderunt et usi sunt incidere.

Item preceperunt eidem D. Artuico sub eadem pena quod homines Capituli sine aliqua contradictione permittat per viam veterem et per viam in qua sunt pontes in silvam quam dicitur Brane intrare et incidere ad eorum voluntatem.

Henrici Tapotti. Artusii subdiaconi. Peregrini de Cornaleto. Reinardi de Braida.
Brandelisii. Barbe de Ponte et aliorum.

D. Mainhardus dei gratia comes Goricie per se suosque heredes fuit con=
fessus et manifestus sese mutuo recepisse. X. marchas aquilegensis monete renuncians
exceptioni non date et non numerate sibi pecunie a D. Conrado decano et capitulo
Civitatense nominatim pro advocatia trium mansorum quos habet Ecclesia
Civitatensis in Bizinico promittens pro se suisque heredibus atque hominibus
suis et omni alia persona de mundo numquam molestare agravare nec modo
aliquo ledere vel habitare dictos mansos nec habitationes ipsorum nomine dicte
advocatie nec alio quoque modo sub pena. XX. marcharum dicte monete
minus. V. solidis et omnium expensarum inde factarum qua soluta contractus nichi=
lominus in sua permaneat firmitate. Et si aliquis de hominibus suis lederet
vel dampnificaret in aliquo massarios ipsius Ecclesie habitantes ibidem, tunc
facta querimonia ipsi D. Comiti debet dictus Comes infra. XV. dies proximo ve=
nientes facere in integrum dampnum restitui sub pena similiter. XX. mar=
charum dicte monete. Ita quod dictus Comes nec aliquis pro eo possit expi=
gnorare dictam advocatiam nisi cum suis propriis denariis et non cum alienis
impignorando vendendo nec modo aliquo alienando dictam advocatiam alie
persone pro dictis denariis recuperandis. Ita quod nulla solutio de dicto mutuo

possit hostendi vel probari fore facta nisi per hanc cartam incisam vel per aliud publicum instrumentum solutionis in presentia .v. bonorum testium confectum. Pro quibus omnibus supradictis ut superius dictum est observandis fideiusserunt supradictus D. Conradus de Kastiliro et Reinardus de Braida.

Ego magister Anselmus creatus ab imperatore Federico notarius interfui et hanc cartam rogatus scripsi et roboravi.

rch. Capit. di Cividale. Vol. VIII. Perg. 22.

Cor^a (sic)

A. D. M. CC. XLI. ind. XIIII. primo die intrante Junio in Civitate Austria in via publica ante domum Nori in presentia dominorum Conradi et Bartholomei sacerdotum. Wolrici Syrici. Henrici de Ponte canonicorum Civitatensium. Barbe de Ponte. Nori fratris dicti. Wolferami de Ragonia. Bertrami et aliorum.

Leonardus de Kavriaco fuit confessus et manifestus nominatim pro D. Maynardo dei gratia Comite de Guricia sese recepisse .x. marchas aquilegensis monete a D. Conrado Decano et Capitulo Civitatense specialiter pro advocatia trium mansorum de Prizinico quam advocatiam predictus D. Comes Guricie obliga= vit pignore prefatis D. Conrado Decano et Capitulo Civitatense secundum quod continetur in instrumento a me magistro Anselmo infrascripto notario confecto.

Ego magister Anselmus creatus etc. ut supra.

[illegible].

1241, 7 luglio. Montereale. Pace tra Ermanno e Giovanni de Portis, Siurido di Toppo e Giacomo di Butrio con Olvrado di Maniago, Scotto e Pietro di Montereale.

441.

A. D. MCCXLI, ind. XIIII, die dominico VII intrante julii in presentia domini Stephani Sextensis Abbatis, Widonis de Porcilijs, Conradi de Castello Stephani, Mathie Bratre de Maniago, Archilotti, Warneri Bissi de Sacilo et aliis pluribus.

D. Hermannus de Portis de Civitate et D. Siuridus de Toppo, Iohannes de Portis et Iacobus de Budra (sic) iuraverunt firmam pacem Domino Olvrado de Maniago, Scotoni et Petro de Monteregali de eo quod ipsi eos ceperunt et in Castro Montisregalis in captivitate tenuerunt et de omni eo quod eis sub illa occasione dicere possent pro se et pro omnibus illis quibus possunt poni et ~~tolli~~ ... et dederunt eis vadium mille marcharum argenti dictam pacem et finem semper firmam et ratam habere et tenere et nullo iure contravenire et secundum ius pacis manutenere ut dictum est superius, cuius vadie fideiussiones fecerunt D. Odolricus ~~Episcopus~~ Tergestinus Episcopus, Otto S. Odolrici Presbyter, Conradus de Sacilo, Cono et Artuichus de Murutio, Leonardus de Sonemberg et Rainardus de Civitate.

Toppo

Actum in castro Montisregalis ante ianuam.

Ego Henricus de Montesello sacri palatii notarius interfui et rogatus scripsi.

Dai MSS. Fontanini Cod. XLVIII R. Arch. di Stato in Venezia, da perg. presso il Conte Giov. Artico di Porcia ed ora nell'Arch. del Principe Porcia.

A.D. 1241 die lune 25 exeunte Settembrio, Ind. XIV in presentia DD. V. Egi- **1241.**
dii Episcopi Tergestini, V. Abbatis Beligneensis, L. Prep. S. Stephani de Aquile- Sulle Sponsature
gia, P. Vicedomini Dni Patr.; F. Decani S. Felicis, Almerici de Portis,
Glizoi de Villalta, Ottachi de Attems et aliis etc. Quoniam de
sponsatura danda et facienda nihil continebatur in superiori sententia, 50
idem D. Patriarcha laudans superiorem sententiam et confirmans, vo-
luit et precepit et per sententiam diffinivit, quod superior sententia rata sit
et firma, et insuper addidit, ac precepit in perpetuum observari, quod
sponsatura possessionum census Aquilejensis dari debeat per judicium
[illegible] legente, sicut olim usque ad hec tempora per sententiam judicum
vel per judices Aquilegie data fuit, quam sententiam, seu mandatum, seu
constitutionem M. V. Decanus Aquil. cum capitulo et [illegible] Aquilejensibus
concorditer approbaverunt.
Actum Aquilegie in Camera D. Patr. super Palatium. — Ex MSS. T. — Attems
Ego Magister Vidotus etc.

Corg (...)

1242, 13 Febbrajo. Cividale? Il Patriarca Bartoldo dà al Capitolo di Cividale la corte vecchia in detto luogo, in cambio d'altra curia.

A. D. Mill. CC. XLII. indict. XIIII. terciodecimo die intrante februario in Civitate Austria in coro maioris ecclesie in presentia dominorum Geboldi. Wariendi sacerdotum. Artusii. andree. Gliris. subdiaconorum. Conradi de buca. Aynz da pulzinia. Conradi de ragonia scolarij. Kiffini. Wolrici de porta clericorum. Magistri Petri logici. Nicolai plebani de.... et aliorum.

D. B[ertoldus] dei gratia patriarcha aquilegensis cum consensu et voluntate magistri Willelmi decani. Ottonis prepositi Sancti Wolrici. Conradi decani Civitatensis. Henrici Scrigolini. Bertholdi de fagedis. Mathie de melz. Asquini. be.... Cononis de cucania. Ottonis Marchionis. Berengerii. Craftonis. Wolrici de cadubrio. Sybotonis canonicorum aquilegensium fecit concambium cum capitulo Civitatense dans eidem capitulo curiam veterem que olim fuit D. Mathie de Xorfenberch et Wariendi filii eius cum omni iure et ratione ac integritate quibus aquilegensi ecclesie et sibi attinebat promittens eandem curiam sub nomine dupli valencie eiusdem curie minus una marcha prout meliorata fuerit in alio. remunerans expensarum inde factarum per se suosque successores eidem capitulo ab omni homine defendere disbrigare auctorizare et in ratione manutenere nec unquam contravenire quod si contrafecerit requisitus tenebitur penam supra dictam solvere capitulo supradicto qua soluta contractus nichilominus in sua permaneat firmitate. Dedit insuper ipsi capitulo censum dominorum heredum quondam Henrici Cervi, quem censum ab ipso in feudum habebant, qui census est. XXXIIII. denariorum aquilegensium. tali conditione ut a capitulo recipiant dictum feudum

Udine. Sett. 1878.

promittens integraliter defectum predictorum denariorum in Civitate Austria vel extra Civitatem. Et sic dedit supradictum peringerum vicedominum suum nuncium ponendi in tenutam et corporalem possessionem. hiis ita peractis Conradus decanus Civitatensis cum consensu et voluntate totius capituli dedit eidem domino patriarche recipienti pro se et ecclesia aquilegensi in concambium prefate curie cum omni iure et ratione que ecclesie Civitatensi attinebat et capitulo curiam que olim fuit Magtyldis sororis decani bertholdi quam etiam curiam Rinaldus maritus ipsius ab ecclesia tenuit post mortem ipsius solvendo singulis annis tres libras denariorum et viola neptis eius habitura erat in vita sua. promittentes eandem curiam ab omni homine defendere. disbrigare. auctorizare et in ratione manutenere sub pena dupli valencie eiusdem curie minus una marcha secundum quod reperta fuerit meliorata et omnium expensarum inde factarum. qua soluta contractus nichilominus in sua permaneat firmitate ipsi d. patriarche et successoribus suis.

Ego magister Anselmus creatus ab imperatore F. notarius interfui et hanc cartam rogatu ac precepto utriusque partium scripsi et roboravi.

Perg. orig. nell'Arch. Capit. di Cividale [illegible] 1214. [illegible]

1242, 4 luglio Rovigno. Laudo della Curia per il quale sono dichiarati scaduti i feudi d'abitanza in Orsera, coloro che si allontanarono dal detto castello od alienarono tali feudi.

52

MSS Fontanini, Colleg. Cimicia Copia

Hoc est exemplum ex autentico relevatum anno domini MCCXLII, ind. X, die IV intrante iulio. Actum Rubini in Eclesia S. Euphemie presente Margarito Preposito Rubini, Simonino Canonico Parentino, Henricodomini Arzizonis de Pola, Andrea Egorati testibus rogatis et aliis.

Cum inquisitum fuisset Laudum in curia D. Iohannis Parentini Episcopi, per D. Arufmeram de Orsaria, si aliquis Vassallorum de Orsaria qui sunt vassalli habitantie relinquerent habitationem dicti Castri de Orsaria vel si alienaret vel venderet pheudum quod tenent in dicto Castro, contra pactum factum per D. Petrum bone memorie Parentinum (Episcopum) hominibus de Orsaria, scriptum per Adamum notarium Parentinum, quid iuris super hoc esset. Unde memoratus D. Episcopus super his interrogavit D. Bonifacium de Vallibus, qui per sententiam et laudam curie dixit: postquam Vassalli de Orsaria qui sunt Vassalli habitantie venderent vel alienarent seu relinquerent dictam habitationem contra supradictum pactum, perdunt dictum pheudum sine aliqua condicione. Que sententia fuit assecuta et laudata per totam Curiam Vassallorum et per eumdem D. Episcopum confirmata.

Ego Ottonellus imp. auct. notarius interfui et rogatus, scripsi et roboravi.

Coll.to coll'Orig. Joppi
p nozze Pareada — Tolto
Udine Sett. 1878.

1242, 2 Novembre, Udine. Pabel e Libigoi q. D. Ottacco di Perchtstayno rinunziano all'Ab. di Moggio per sei marche di den. aquil. il feudo che avevano sul detto di mezza marca de' detti denari.

A. D. millo MCCXLII Ind. XV, die II intr. Novembri in presentia horum testium rogatorum videlicet dd. Duringi de Mels. Ottaccii filii di Vintarissi quondam de eodem loco. friderici de Colle-malleys. Mathie filii d. Girardi de Vendoy. Garsie de Tricesimo, Martini notarii de Utino et aliorum. D. Libigoy et d. Pabel ejus frater filii d. Ottacchi quondam de Pertenstayn confessi et manifessi fuerunt se nomine finiti et conventi precii recepisse sex marchas denar. aquil. a dno Jacobo dei gracia Mosacensis Monasterii Abbate renunciantes exceptioni numerati soluti et recepti precii tempore contractus omnique alii eorum juri quo se tueri possint vel contravenire. Unde supradicti fratres per se eorumque heredes atque cadatam et pro precio prenominato fecerunt datam venditionem resignationem et transactionem prefato dno Jacobo abbati et ejus successoribus de dimidia marca den. aquil. Quam tt ipsi habebant in feudo a Camera Monasterii antedicti promittentes sub stipulacionem per se eorumque heredes et cadatam prefato dno Jacobo abbati et ejus successoribus dare datam venditionem resignationem, et transacionem firmam et inviolabilem perpetuo observare et nunquam contravenisse ratione aliqua vel occasione et ab omni homine in ratione legittime autorizare defendere et manutenere eorum propriis expensis; sub pena viginti et quinque marcarum aquil. den. qua soluta, tamen omnia suprascripta firma et rata nihilominus semper in sua permaneant firmitate.

Act. apud Utinum in horreo antedicti Monasterii quem tenet Zussa feliciter

Ego Bernardus dictus Jordanus sacri Romanorum Imperatoris notarius interfui et hanc cartam rogatus scripsi

Dal Vol. III Perg. dell'Arch. Comunale di Gemona (Cod. di Zigana).

r Cor^h^ ([illegible])

1244, 21 febbrajo Spilimbergo – Otto Bregonia di Spilimbergo divide la sua sostanza tra i suoi due figli Valterpertoldo e Brigonissio.

(Da copia moderna in Volume in folio nell'archivio Spilimbergo a Domanins).

Anno Domini millesimo ducentesimo, quadragesimo, quarto, indictione secunda, die octava exeunte februario, in presentia Dominj Odorici de Tricano, Varneri de Usopio, Leonardi de Versia (alias Alneru) Corradi et Stephani q. Domini Cotti de Gradisca et Calver de Spilimbergo et Petri de Gruario et aliorum.

Dominus Oto Bregonia de Spilimbergo divisit filios a se scilicet Valterpertoldum et Brigonissium et ei dedit nominatum Castrum de Spilimbergo cum burgo et cum masnata et cum omnibus inter habitantibus preter Stargarium et Rigrettum et Cursoldum et Dominum Turchettum et Beraldinum quos tenuit in se et cum omnibus bonis et cum omni podere et ratione quas ipse habet et habere videtur in Plebe Cose scilicet in Villa Gradisca, in Villa Provesani et in Villa Cose et vila Pozi et in Villa Aurave et in Villa Sancti Martini et in Villa Postonzichi et in Villa Argeni et in Villa Barbeani et in Villa Sancti Georgii et in Villa Domanisii et Rauscti et apud hec omnia bona et possessiones ut habet et videtur habere in Plebe Travesii scilicet in Villa Taurzani, in Villa Istrali, in villa Baseglie et Gaii et in Villa Lestani et Ruigne et apud hec omnia bona et possessiones quas habet in Villa Castconi et in Villa Sancti Laurentii et in Villa Zopole et illa ratio et

illa bona que habet et habere intendit in Villa Ygnani preter Advocatiam et rationem ut habet supra Decanum Ygnani et Ville Bonzicha et ut in se retinuit a supradicto suo filio

aliqs auxit — Bonigunipio ~~auxit~~ adiunxit et dedit Villam Turide cum omnibus rationibus pertinentibus et quod ipsi supradicta bona memorata de cetero pro parte habeant et teneant et possideant et omnem voluntatem faciant secundum et patrem eorum facere poterat et item omnia bona afficitata ut habet in Carnea et habere videtur supradictis filiis suis dedit et concessit preter montes quos retinuit in se et adhuc terciam partem mobilium ut habet in Spilinbergo eis dedit et concessit et dedit eis verbum in tenuta et possessione intrandi sua auctoritate iure proprii et feudi.

Actum in platea burgi de Spilinbergo.

Ego Beraldinus sacri palatii notarius interfui et scripsi.

Nota che fu cavato da esemplare in mezzo foglio di carta bombicina.

1244, 15 Marzo. Cividale. Il Patriarca Bertoldo dà al Capitolo di Cividale due delle sue Prebende per i poveri l'una e l'altra per la Chiesa.

55

A. D. Mill. cc. xl IIII. indict. secunda. quintodecimo die intrante marcio in Civitate Austrie in capitulo canonicorum. in presentia dominorum Wdolrici dei gratia episcopi tergestini. Wdolrici de Berthold. Bellini leupoldi. magistri peregrini tunc vicedomini. Grafulutti Johannis de ontegnano. magistri Wileelmi decani aquilegensis. Ottonis prepositi sancte Wdolrici vonencontri. Mathie de Melz canonicorum Civitatensium. magistri viviani plebani de Glemona. Geboldi sacerdotis. magistri marsilii et aliorum.

Ibidem D. Bertoldus dei gratia prepositus Civitatensis ecclesie sancte patriarcha sancte sedis aquilegensis precibus canonicorum Civitatensium devictus dedit. tradidit ac contulit et prepositus duas prebendas de numero quinquaginta prebendarum Civitatensis ecclesie supradicte. unam de cetero pauperibus et nunciis curie romane secundum dispositionem decani et fratrum servituram. Et alteram similiter secundum dispositionem decani et fratrum kamere eiusdem ecclesie servituram. Et hanc donationem auctoritate patriarchali confirmavit. mandans hoc per manum publicam conscribi et roborari.

Ego magister Anselmus creatus ab imperatore F. Notarius interfui et hanc cartam de mandato ipsius D. Patriarche scripsi et roboravi.

Arch. Capit. di Cividale Vol. IV. 25.

1245, 19 Genn. ~~Febbr.~~ di Sacile. Il Patriarca Bertoldo lascia al Capitolo di Cividale 10 marche aquilejesi sulla Muta di Aquileja per il di lui anniversario. 56

In nomine sancte et individue trinitatis. Nos Bertholdus dei gratia sancte aquilegiensis sedis Patriarcha presentium annotatione pro remedio anime nostre conferimus Capitulo Civitatensi decem marcas Aquilegiensis monete ipsis de muta nostra Civitatensi in festo beati martini de cetero annis singulis persolvendas donec nos vel aliquis successorum nostrorum eandem mutam per equivalentem recompensationem sive in possessionibus sive in aliis duxerimus redimendam. Ita tamen quod festum Beatorum Hermachore et Fortunati missam unam pro peccatis quotidie vixerimus in qualibet septimana. post obitum vero nostrum anniversarium in memoriam nostri celebrare solempniter teneantur. In cuius rei memoriam et stabilem firmitatem presentem paginam scribi fecimus et sigilli nostri pendentis munimine roborari. Testes autem fuerunt. Federicus episcopus Concordiensis. Stephanus abbas Sextensis. Andreas abbas Sumagnensis. Magistri Berengherius vicedominus. Bertholdus de fagedis. Bonincontra. Canonici Aquilegienses. Meinardus Comes Goritie. Ulricus de Cremona. Chono de muratio. Ottacarus de Attens. Chonradus de Strilo. Johannes et Adelpretus fratres de Cucania et alii quam plures.

Data apud Sacilum in ecclesia. Anno domini M. CC. XLV. Indict. III. ~~XIIII~~ XIIII Kal. februarii.

Pergamena originale dell' Arch. Capit. di Cividale, Vol. IV. 24 ~~pag. 24~~ mancante del sigillo che era pendente da una striscia di pergamena

1245, 30 luglio. Lione. Papa Innocenzo IV devolve i redditi di due delle 50 Prebende del Capitolo di Cividale a pro' dei poveri e per libri ed apparamenti della Chiesa Cividalese.

Innocentius episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Capitulo ecclesie Civitatensis Aquilegensis Diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Iis que provide statuuntur libenter adiicimus apostolici muniminis firmitatem, ut intemerata consistant que nostro fuerint presidio communita. Cum igitur sicut ex parte vestra fuit propositum coram nobis a parte venerabilis fratris nostri .... Patriarche Aquilegiensis deliberatione provida duxeritis statuendum, ut de quinquaginta prebendarum ipsarum numero per Sedem Apostolicam confirmato, proventus unius prebende erogetur pauperibus et proventus alterius prebende in libros et paramenta eiusdem ecclesie convertantur. Nos devotionis vestre precibus inclinati, quod super hoc a vobis pie ac provide statutum est, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et BB. Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Lugduni tertio Kal. Augusti Pontificatus nostri anno tertio.

Perg. orig. nell'Archivio Capit. di Cividale Vol. IV.

Cong^h ([illegible])

1245, 24 Ottobre, Gemona. Processo fatto dal Pievano di Gemona per promessa matrimoniale di Gennano di Cavazzo già ammogliato con altra donna.

58

Manz. 1887

Anno domini M.CC.XLV. indict. III. die VIII exeunte Octobri. Presentibus D. Rumegio sacerdote de Clemona. D. Pertholdo de Moraria et Carafino. Coram D. Viviano Plebano de Clemona iudice delegato domini Patriarche. Gennan de Cavatio iuratus et interogatus a dicto delegato dixit quod diligebat Tefaniam mulierem de buga et ad eam dixit se venisse et dixisse ipsi mulieri: Tefania si vis te consentire michi, ego te accipiam in uxorem ~~nisi~~ non tamen ... ipse haberet voluntatem contrahendi cum ea. Cui Gennano idem .... mulier predicta respondit: si tu vis bene facere de me ego consentiam m.... et ita dixit se ipse Gennan eam carnaliter cognovisse. Interogatus de tempore, respondit quod in mense Octobris fuerunt tres anni. De loco, respondit, in area Waygendi de Cavatio. de hora, respondit in nocte. de presentibus, respondit quod nullus fuerat presens.

Tefania predicta iurata et interogata dixit, quod ad instantiam Gonani predicti venit uno sero in aream Wargendi de Cavatio, quia predictus Gonannus promiserat ei ad statutum locum venire cum duobus testibus in quorum presentia ipse volebat eam accipere in uxorem. Cumque ipsa eum ibi expectasset et ipse venisset sine testibus, quesivit ipsa ab eo quare ipse non duxisset secum testes et ipse ad hec respondit, quod ipsi noluerunt venire, quia non erat necessarium et ipsa ad hec respondit ~~quod ipsi~~ nec ego

~~noluerunt venire quia non erat necessa~~

consentiam me tibi. At ille ei querere cum promptus sum te laudare in uxorem et illa dixit: laudas sic. Cui ille respondit: laudo, et ita requisitus ab ea dixit quod ipse laudavit eam in uxorem et e converso ipsa laudavit eum in maritum et cum ipsi ambo talibus verbis usi fuissent, dixit ipsa mulier quod volebat recedere a loco predicto, sed ille Gonanus non permisit et ita eam quasi violenter carnaliter ibi cognovit. Postmodum ipsa

Tefania dixit quod prelibatus Gennar venit uno sero ad lectum in quo ipsa iacebat cum una muliere que vocatur Margareta et dixit eidem Margarete: surge de lecto isto, quia volo iacere cum Tefania uxore mea. Et cum hoc dixisset, respondit ipsa Margareta et dixit: est ipsa Tefania uxor tua? Cui ille respondit dicens: sic est, quia laudavi eam in uxorem meam ad lectum et discum et adhuc laudo eam in uxorem et ita dixit ipsa Tefania quod supradictus Gennar iterato laudavit eam in uxorem et e converso ipsa laudavit eum in maritum. Interrogata de tempore, respondit quod nunc preterierunt tres anni: de loco, respondit, quod in tabulato Wolrici de Semloco et de presentibus, respondit quod dicta Margareta fuerat presens. Item si cognita fuerit carnaliter postmodum ab eo, respondit, quod pluries.

Cumque hec peracta fuissent ipse Gennar dum in iudicio coram dicto iudice delegato extiteret, quesitus ab eo si alia proponere vellet post predicta, respondit et dixit, quod cum alia muliere nomine Tuffa de Tarnepo legitime contraxit uno anno et plus ante quam preanominatam Tefaniam lau-davisset. Et supra quibus omnibus predictis memoratus iudex delegatus ad producendos testes et alias rationes partibus predictis terminum coram se ante ecclesiam S. Marie de Clemona sexta feriam proxime venturam le-gitime et peremptorie locavit.

Postmodum die v exeunte Octobri, presentibus D. Rumegio sacerdote de Clemona, D. Perthold de Moraria et Diepoldo. Coram dicto Iudice delegato Margareta iurata et interrogata dixit, quod cum ipsa uno sero iacebat in lecto cum Tefania, venit Genan de Cavatio ad lectum earum et posuit manum suam supra frontem eiusdem Margarete. Cumque ipse manum ibi posuisset, dixit ipsa Margareta, quis es tu? ~~Cui ille dixit~~ ipse Gennar: sum Cuille dixit: sum, et illa ei: ad quid venisti tu. At ille dixit: quia volo iacere

cum Tefania, et ipsa Margareta respondit: nequaquam facies me presente, nisi ... cum honore Tefanie. Cui ille respondit: ego laudavi eam in uxorem et adhuc semel bis et tercio laudo eam Tefaniam in uxorem et cum hoc fecisset, ipsa Margareta dixit, quod Tefania semel, bis et tercio laudavit dictum Gennam in maritum. Interrogata de tempore, respondit quod tres anni et plus sunt elapsi: de loco, in tabulato Ulrici de Semlaca: de presentibus, quod nullus erat presens nisi ipsa cum contrahentibus.

Actum Glamone in Galesia sancte Marie.

Ego Bernardus imperialis aule Notarius interfui et has attestationes rogatus scripsi.

Dall'Capit. Mistrale Da perg. originale. Vol. IV. 36.

~~Vol. IV. perg. 36.~~

Trascr. V. Joppi

1245 circa - Notizia di eretici paterini in Friuli a Gemona, coi quali bevette per bene Ivone di Narbona

Brano di lettera di Ivone di Narbona a Girardo Ves.° di Bordeaux:

Clemonam tandem perveniens oppidum in Foro Julii celeberrimum nobilissima pattharinorum bibi vina, rabiolas et ceratia(+) et alia illecebrosa comedens, deceptores decipiens pattharinumque me profiteas, sed Deo teste, fide et si non operis perfectione, christianus existeas.—

(— Ap. Math. Paris in D'Argentré - probabilmente nell'opera Collectio judiciorum de novis erroribus 1725. 1733 - 1736 tre Vol. in foglio.)

NB:— ceratia(+) vini greci col sapore di resina.

Salvagnini Enrico - S. Ant.° di Padova e i suoi tempi (1195-1231) Torino-Napoli 1887. L. Roux editore. a pag 128.

1246 7 febb. Aq. ing. Il Patr. Bertoldo conferma il privilegio concesso da Engelberto Conte di Gorizia al Monastero della Beligna (1186, Settembre).

Ex antiquo transsumpto Archivio Aquilegensi

1246

In nomine Domini amen. Anno ejusdem millesimo CC quarantesimo sexto, indictione quarta, septimo die mensis februarii in capitulo Aquilegensi presentibus talibus testibus. videlicet Domino Bonacurso Episcopo Emonensi. Papone Preposito sancti Felicis. Leonardo Thesaurario Aquilegensi. Matthia de Mels. Henrico Graticulino Benincontre. Sibotonis Canonicorum Aquilegensium. Magistri Willelmi scholastici. Magistri Viviani Plebani de Glemona et aliorum. Dominus Wecello divina permissione Abbas Beliniensis constituto in Capitulo Aquilegense coram presentiam domini Bertoldi Dei gratia sancte Aquilegensis Ecclesie Patriarche ostendit quoddam privilegium indultum quondam Monasterio Beliniensi per Dominum Engelbertum bone memorie Comitem Goritie. quod quidem privilegium vetustate antiquatum volens sibi et monasterio suo in futurum utiliter providere petebat ab eodem Domino Patriarcha ut in ipsius presentia legeretur et ipsius auctoritate et mandato deberet per manum publicam exemplari. Quod privilegium de mandato predicti Domini Patriarche ibidem publice lectum fuit, tenor vero ipsius privilegii talis erat. Anno divine incarnationis millesimo centesimo octuagesimo sexto indictione quarta, quinto die septembris. Ego Engelbertus Comes de Goritia Aquilegensis

Ecle.

Cor^z (sic)

ecclesie Advocatus in presentia bonorum hominum quorum nomina
super sequntur cunctis Christi fidelibus tam presentibus quam futu-
ris notum facio; quod ego recognoscens me injuriam Belinensi
monasterio inferre pro mea anima meorumque antecessorum
omnem litem, quam cum Vitemaro Beliniensis ecclesie Abbate
de monte quoddam apud Cremons et de decimis ejusdem montis
cum omni jure et pertinentiis ejus una cum filio meo Megnar-
do consentienti quoque filio meo Engelberto refutavi ita vide-
licet ut ego nec predicti mei heredes et coheredes ullo in tem-
pore aliquam super jam dictum montem ac decimas ejus move-
ant querimoniam. Quod si ego vel mei heredes et coheredes
ullo in tempore .. attemptavimus triginta marcas exam-
nati argenti, dimidiam partem eidem Beliniensi monasterio
et dimidiam partem Camere domini Patriarche debeam com-
ponere, et prefata refutatio nihilominus sua permaneat
stabilitate. Actum est Aquileje, in Patriarchali Palatio pre-
sentibus hiis, videlicet, Gumperto Aquilegensi Canonico Wolri-
co Sancti Felicis Canonico. Ottone Wernhardo Archidiacono
de Villaco. Wolrico Arzonis filio. Ottone de Tinene. Ruo-
berto de Tricano; et Bertoldo fratre ejus. Herbordo de Per-
tistagne. Wernhero de Cucanea. Conrado de Attens Werhhe-
ro Aquilegensi Canonico dominico Sacerdote Meinhardo otti (Clerico)
Ottone de Treungia. Marquardo Herbordi filio. Johanne
de Civitate. Wolrico Bocca. Fravino. Pernardo de Zevdara
Razone et alii quamplures. Ego Hermanus Aquilegensis
ecclesie

ecclesie subdiaconus partibus rogatus hanc cartam notavi, et precepto predicti Hengelberti Comitis coram jam dictis testibus sigillo ipsius confirmavit.

Ego Henricus sacri Palatii Notarius hiis interfui et de mandato et auctoritate prefati domini Patriarche dictum privilegium bona fide exemplavi nil addens vel minuens quod sententiam mutet, nisi forte punctum litteram, vel sillabam et rogatus scripsi et in publicam formam redegi, et ex precepto antedicti domini Patriarche corroboravi et dedi. Actum est Aquilegie in Capitulo Aquilegensi.

Da volumi di documenti raccolti dal quondam Monsignor Flavio d'Udine nell'Archivio del Capitolo d'Aquileja li quali non hanno titolo, ne numerazione di volume, o di pagina, ed esistono nella Biblioteca del Signor conte Filippo di lui nipote.

Colleg. Bianchi

1246, 2 Settembre. Nel castello di S. Vito. D. Enrico di Sovergnano q. D. Arpone di S. Vito, e i fratelli di lui Salavo e Paiero investono d'un maso a Taugo e della decima di esso Patessio di Settino e suo figlio Giacomo.

Da pergamena questa nella Bibl. Civica di Udine.

2

Anno Domini Millesimo. CCXLVI. Indicione quinta. die secundo intrantis Septembris. In presentia domini Ducii de Sancto Vito. Johannis Majnj. Ropretti. Castulini. Dratrici eius loci et aliorum. Dominus Henricus de Sovergnano filius quondam D. Arponis de Sancto Vito confessus fuit in se accepisse centum et. X. libras denariorum a Patessio de Septimo. et a filio suo Jacobo et de quibus clamavit se bene solutum et renuncians omni excepcioni non numerati futuri precii accepti per ipsos proquo dictus D. Henricus et Salavus eius fratri (sic) cum verbo Paieri fratribus eorum. ~~una~~ investiverunt [illegible] dicto Patessio et Jacobo eius filio de uno manso cum tota decima illius mansi ad rectum et lealem feudum iacente in vila de thaugo et in ~~illis~~ illius perti=nenciis (dicte) ville confinibus [quoque] modo esse et preparasse q investiverunt dictum mansum cum tota decima ut idem Patessius et Ja=cobus et heredes eorum. habeant et teneant ac possideant cum campis. pratis cum vitibus. arboribus. pascuis. silvis. paludibus. comuneis. cum amplis. pissiacionibus. venacionibus. aquis. conductibus aquis. cultis et incultis. cum introitu et exitu. cum inferioribus et in superio=ribus. a celo usque ad habissum in integrum - - -

autorizare sub pena dupli mansus x

[illegible] secundum quod pro tempore valuerit vel melioratum fuerit in consimili loco iusta extimacionem bonorum virorum ~~[illegible] omnes personas~~. - - - - - - - - -

- - - - - - - - esse firmum et ratum. - - - - - - -

- - - - - - - - - - - per icalem feudum

Actum sub porticu Paiari in Castro de Sancto Vito.

Ego Mencius sacri pallacii Notarius interfui ~~[illegible]~~ et scripsi.

[illegible] Cor^{d} ([illegible])

1246, 2 Settembre. Nel castello di S. Vito. Enrico di Savorgnano e fr. Sclavo e Pajero fratelli q. D. Arpone di S. Vito per 110 lire di denari investono di un maso e in Godega e della decima di quel maso Patessio di Settimo e suo figlio Giacomo.

3

Da pergamena copia originale nel Museo Civico di Udine:

Enrico notajo.

Anno Domini millesimo CCXLVI, indicione quinta, die secundo intrante setembri, in presentia Domini Duci de Sancto Vito, Sclavus Magister Ropreti, castellani, Diatrici eius loci et aliorum.

Dominus Henricus de Sovergnano filius quondam Domini Arponis de Sancto Vito confessus fuit in se accepisse Centum et decem libras denariorum a Patessio de Septimo et a filio suo Jacobo et de quibus clamaverit se bene solutum et ratione omni exercere ..... tanti pretii accepti pro ipso precio dictus Dominus Henricus et Sclavus eius fratre cum verbo Pajeri fratribus eorum una investiverunt supradicto Patessio et Jacobo eius filio de uno Manso cum tota Decima illius Mansi ad rectum et leale feudum, iacente in Villa de Chodega et in aliis pertinentiis ipsius ville confinibus..... investiverunt de supradictum Mansum cum tota Decima ut idem Patessius et Jacobus et heredibus eorum habeant et teneant ac possideant cum campis, pratis, ... tibus, arboribus, pass[...]cuis, silvis, paludibus, comuneis, cum amplis, piscationibus, venacionibus, aquis, conductibus aquis, cultis et incultis, cum introitu et exitu, cum introitibus et in superioribus celo usque ad habissum

[illegible]

sub pena dupli in ... X ... libras secundum quod pro tempore valuerit vel meliratum auctorigare fuerit in consimili loco iuxta ... bonorum hominum (factam) in consimili loco... intra omnes ... pena ... et ... ... per ... feudum.

Actum ... in castro de Sancto Vito.

Ego Henricus Sacri Pallatii Notarius interfui et [illegible].

Udine – Seitz 1878

Cor^d (sic)

1[illegible]

Inu[illegible]
lege[illegible]
Jul[illegible]
ade[illegible]
dec[illegible]
ses[illegible]
tal[illegible]
. . .
acc[illegible]
rog[illegible]
tin[illegible]
in
res[illegible]
sto[illegible]
ni[illegible]
ins[illegible]
est
pr[illegible]
Do[illegible]

1246, 7 Dicembre Lione. Papa Innocenzo IV scrive al Capitolo di Aquileja di assegnare al Decanato di quella Chiesa una delle quotidiane distribuzioni in aumento delle sue scarse rendite.

4

Innocentius Episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Capitulo Aquilegensi salutem et apostolicam benedictionem. Cum sicut dilectus filius Magister Guillelmus Ecclesie vestre De[canus] redditus decanatus sui eiusdem Ecclesie adeo sint tenues.... vix septem marcarum argenti .... tione dicti decanatus ipse ibidem residens...... distributiones que canonicis residentibus....... dignum et congruum arbitrantes........ ac dignitate superior deterioris conditionis existat. ac per hoc volentes eum f..... ....proventuum perceptione gaudere, ut sic officium ex beneficio reddatur acceptius et onus feratur levius ex honore. Universitatem vestram rogamus et monemus attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus eidem decano et eius successoribus ratione decanatus residentibus in Ecclesia supradicta cotidianas distributiones sicut uni ex canonicis residentibus integre ministretis, non obstante contraria consuetudine vel statuto iuramento seu firmitate alia roborata aut aliqua indulgentia sive privilegio sedis apostolice per quod possit huiusmodi provisio impediri vel etiam retardari. Alioquin venerabili fratri nostro ..... episcopo Parentino damus nostris litteris in mandatis, ut vos ad id monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellat. Datum Lugduni Nonis Novembris. Pontificatus nostri Anno quarto.

Da copia fatta sull'originale da mons. Fr. Florio. Bibl. Florio, Vol. I.

Dipl. Aquil.

Udine – Sett. 1878

(246 . . [illegible]) [illegible] del Patriarca, [illegible] [illegible] della
[illegible] i patti tra Sacile e Vigonovo per la comugna [illegible] a
certi luoghi

. . . . indictione quarta, die . . . . . .

. . . . [illegible] . . . . . . [illegible] . . .

. . . . et aliorum plurium . .

Dominus [illegible] Dei gratia Sancte Aquilegensis Ecclesie Sedis Patriarcha precepit hominibus Sacili et hominibus de Vigonovo tam presentibus quam futuris per gratiam suam et in banno L librarum denariorum veronensium quod nullus homo nec ulla persona de Sacilo seu de Vigonovo nec de eorum districtu nec aliunde non debeant amplius intromittere nec occupare terram comugne seu campagne . . .

. . . inter Sacilum et Vigonovum, secundum quod fuit

. . . . . . circamainentes Sacili et . .

. . . . . . Redulfus de Aviis, Hermanus de Trepo, Articus de Campo et circamainentes qui interfuerunt videlicet Warnerius Bissus de Sacilo, Hermanus Terraresimus, Johannes Magister et Adalmarus de Vigonovo et alii plures. Ita quod nullus exinde non debeat fodere fossatos in dicta campagna, nec eam occupare nec eam arare nec ullum edificium super eam facere preter pratum curie quod debet habere fossatum, set debeant dictam campaneam ubique comuniter pascere et pasculare nec non debet se custodiri ab armentis nec a bestiis Sacili a fonte Vigonovi inferius usque ad presas Sacili et secundum quod continetur in instrumento confecto manu Alberti notarii excepto prato curie dicto. Hoc modo quod homines Sacili habeant dictam campagnam pro suo pasculo et debeant in eam pasculare . . . .

Udine – Sett. 1878

ibique a dicta fonte inferius usque [illegible] Sacili. [illegible]

[illegible] dicta fuit et circuminata seu circuminentes. Et

si quis de Sacilo seu de Vignono hec omnia supradicta non attendit

et non observaverit 4 libras denariorum venetorum Patriarche

[illegible] teneatur. [illegible] soluta

[illegible] dicta

Actum in Sacilo sub domo Comunis

Ego Bonamicus sacri palacii notarius rogatus et iussus dicti Domini Patriarche [illegible]

Bertoldo tenne la sede Patriarcale d'Aquileja dal 1218 al 1251. In questi anni l'indizione quarta corrisponde al 1230 ed al 1246. Colla maggiore probabilità il presente documento fu fatto nel 1246, trovandosi che in quell'anno Bertoldo da Sacile il giorno 10 giugno

~~[illegible]~~
La presente copia fu tratta da pergamena originale o copia contemporanea che si conserva nel Museo Civico di Udine (MSS Ciconj), corrotta in qualche linea, con che impedisce di rilevarne l'intero contesto, la data ~~[illegible]~~ e di testimonii. L 26. Bianchi [illegible]

XLI

1247, 30 giugn. Lione. Bolla papale colla quale Innocenzo IV conferma il numero de' Canonici di Giustinopoli, fissato da quel Capitolo in dieci –

6

MSS Fontanini, Colleg. Concinat. Copia

Innocentius Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Capitulo Iustinopolitano salutem et apostolicam benedictionem. Ut in Ecclesiis determinatus sit numerus ministrorum non modicum dinoscitur expedire, ne provisione careat superflua multitudo ac ex paucitate dignum Deo servitium subtrahatur. Quapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus inclinati denarium Canonicorum numerum a vobis in Ecclesia vestra facultatibus per vos ipsius dilecti filii et electi Iustinopolitani super hoc accedente consensu provida deliberatione statutum et firmatum etiam iuramento sicuti est provide ac salubriter institutus, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, statuentes ut eadem Ecclesia prefato numero sit contenta, nisi adeo ipsius excreverint facultates, quod ipsum merito exigant augmentari, salvo in omnibus apostolice sedis mandato. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Lugduni II Kal. julii, Pontificatus nostri anno III.

Pubb.° dal D.r Vinc.° Joppi
per nozze Brenda – Jotto
Udine – Sett. 1878

1247 [illegible] di S. Quirino [illegible] Gorizia nelle differenze [illegible] signori [illegible] e la villa di Com.

[illegible] MCCXLVI, ind. [illegible] die XIV intrante augusto, in presentia [illegible] Bruno [illegible] de Cap[illegible] de Ciprano, [illegible] fratres [illegible], [illegible] Buda [illegible], [illegible] de Co[illegible] [illegible].

[illegible] arbitri [illegible] Ulricum [illegible] [illegible] altera, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Gramaliano [illegible] habere [illegible] [illegible] [illegible] Baglet [illegible] per [illegible] Comentariam [illegible] iterum [illegible] Cornum [illegible] [illegible] ibi. Item in antiqua tavella de Nevach [illegible] fuit [illegible] de Gramaliano et de [illegible] habere [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] parte [illegible] ad quam ad pasturam redactum esset [illegible]

[illegible] de comuni consensu partium sine fraude ad aliud [illegible] in medianum et de cornu pertinentias illi [illegible] velint [illegible] transire [illegible]

[illegible] prorsus [illegible] de [illegible] comunitate [illegible] in comuni [illegible] fraude [illegible]

[illegible] Comitis Goritie [illegible]

[illegible] partem [illegible] tenere [illegible]

[illegible] super ipsa [illegible] interlocutione [illegible].

[illegible] interfui [illegible] et de mandato [illegible] et [illegible] partium [illegible].

I. 1247, 25 ottobre. Tricesimo. S[illegible] di arbitri nelle differenze tra Volrico e fratelli di Tricano [illegible] Gliziojone [illegible] di Melz sui diritti signorili in Venzone

= Anno Domini MCCXLVII, ind. IIII, die VII exeunte octubrio.

Presentibus D. Conrado de Castellerio, Rodulfo de Cibriano, Henrico 8
iuvene de Villalta, Samsone iudice et notario de Cavoriaco
etc.

D. Cono de Moruzio et D. Johannes de Cucanea arbitri ex parte D. Wolrici de Tricano et fratrum eius constituti super questionibus inter eos ex una parte et D. Glizojum et fratres eius de Melz ex altera agitatis super lite terrarum quas Homines de Venzono ibidem et eius pertinentiis detinent ad censum a supradicto D. Wolrico, sententialiter diffinierunt: Quod si D. Wolricus ipse et D. Artuicus eius frater atque Homines eorum invenerint in Venzono et in eius pertinentiis aliquas Terras, pro quibus Homines de Venzono solvunt eis censum, DD. Wolricus et Artuicus possint eis auferre dictas Terras quandocumque volunt, nisi forte Homines predicti de Venzono probarent rationabiliter se habere dictas Terras ad Livellum vel ad censum Aquilejense, quod si probare possunt rationabiliter sententiaverunt quod ipsi deberent inde gaudere.

Super eadem questione D. Willelmus de Fortebono et D. Henricus de Melz arbitri constituti ex parte D. Glizoji et fratrum suorum sententialiter dixerunt: Quod si D. Glizojus et Homines de Venzono possent rationabiliter probare se XV annis habuisse dictas Terras ad Dandam, antequam ipse devenissent in Dominos

Wolricum et Artuicum et homines eorum quod ipsi debeant inde bene gaudere.

Super questione Dominii, Quod D. Glizoyus habet in Vanzono et in pertinentiis suis supra proprietate bonorum de Tricano et aliorum de couhenta, de ratione tenenda et faciandâ, de statutis ponendis et confirmandis, de urnis, quartis, stiphis aiptis molendinorum, de pascuis et aliis dominiis, cum sufficienter probatum sit quod antecessores D. Glizoy habuerunt hoc ius et dominium et pater eius sibi dederit ipsum, nec non ipse D. Glizoyus habuerit et tenuerit ipsum et nunc habeat et detineat: Visis super hoc et auditis rationibus tam D. Glizoy quam Dominorum de Tricano, sententiaverunt D. Willelmus et D. Henricus arbitri predicti, Quod si D. Glizoyus possit rationabiliter suis duobus digitis obtinere hoc ius esse suum legale feudum, quod inde debeat bene gaudere.

Super eadem questione cum D. Wolricus predictus per plures Milites et alias idoneas personas feudum et proprium habentes rationabiliter et sufficienter probaverit quod D. Ropretus et D. Pertoldus de Tricano quondam habuerint in Vanzono et eius pertinentiis suas proprietates et possessiones terrarum cum omnibus iuribus et dominiis et D. Wolricus atque D. Articus eius frater et nepotes sui proponunt habere.

Corr. [illegible]

se ipsas proprietates et Terras cum Dominio et omni iure ex pacto confirmato inter D. Ropreshtum sive antecessores suos ex una parte et D. Duringum de Mels ex altera; Visis et auditis rationibus et attestationibus utriusque partis, sententiaverunt D. Corio et D. Johannes arbitri prelibati: Quod si D. Wolricus et D. Artuicus et nepotes eorum possunt rationabiliter docere se ex pacto habere dictas possessiones seu proprietates et Terras cum omni dominio et iure, exinde debent bene gaudere. Addijcientes sententiando, quod si D. Glizoyus vel eius antecessores vel sui post ipsum pactum gravaverunt D. Wolricum et Artuicum et eorum nepotes vel eorum Homines super proprietate et Terris eorum nominatis et ipsi de eorum gravaminibus sunt rationabiliter conquesti vel rebelles extiterunt D. Glizoyo et suis; si hoc iuste monstrare possunt debent inde gaudere habendo proprietates et Terras suas cum omni iure, dominio et ratione.

Actum est hoc in maiori ecclesia de Tricesimo.

Ego Bernardus a D. Friderico Imperatore Notarius constitutus interfui et hanc chartam rogatus ab arbitris scripsi.

Colleg. Pirona: Autografi di G. G. Liruti N. 965.

Edito dal D.r Vinc.o Joppi nelle Notizie di Venzone udine tip Seitz 1870

Corg[d] ([illegible])

1248, 20 febbrajo Lione. Bolla di Papa Innocenzo IV, colla quale conferma al Vescovo Chiesa di Parenzo alcuni Monasterii e Chiese della sua Diocesi.

Dai MSS Fontanini; Coll. Concina. ~~Copia~~ scorretta. —

Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri Episcopo Parentino eiusque Successoribus canonice substituendis in perpetuum.

In eminenti Apostolice Sedis specula licet immeriti disponente Domino constituti, Fratres nostros Episcopos tam propinquos quam longe positos fraterna debemus charitate diligere et Ecclesiis sibi a Deo commissis pastorali sollicitudine providere. Quocirca Venerabilis in Christo Pater Episcope tuis iustis postulationibus clementer annuimus et Ecclesiam S. Mauri Parentii cui auctore Deo preesse dignosceris sub B. Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quascumque possessiones, quecumque bona eadem Ecclesia in presentiarum iuste ac canonice possidet aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante Domino poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec ~~propriis~~ duximus exprimenda vocabulis.

Locum ipsum in quo prefata Ecclesia sita est cum omnibus pertinentiis suis et Monasterium S. Michaelis de Subterra, Monasterium S. Barbare, Monasterium S. Michaelis de Pisino, Monasterium S. Petronille in duobus Castellis, Monasterium S. Michaelis de Valle, Ecclesiam S. Marie de Turre cum Capellis suis, Ecclesiam de Nigrignano cum Capellis suis, Ecclesiam S. Marie de Campo cum Ecclesiis suis, Ecclesiam de Rosario cum Capellis suis, Ecclesiam de Mortona cum Capellis suis, Ecclesiam de Zynipo cum

Capellis suis, Ecclesiam de Vebon cum Capellis suis, Ecclesiam de Valle cum Capellis suis, Ecclesiam de Arettz cum Capellis suis, Ecclesiam de Vispinal, Ecclesiam de Umen cum Capellis suis, Ecclesiam de Pisino maiore et minore cum Capellis suis, Ecclesiam de Antriana, Ecclesiam de Curidigo cum Ecclesiis suis, Ecclesiam S. Laurentii cum Ecclesiis suis, Ecclesiam de duobus Castellis cum Ecclesiis suis, Ecclesiam S. Vincentii cum Capellis suis, Ecclesiam de Gimino cum Capellis suis, Ecclesiam de Valle cum Capellis suis, Ecclesiam de Rabinio cum Capellis suis, Castrum Ursarii cum omnibus pertinentiis suis, Castrum Castellionis cum omnibus pertinentiis suis et Ecclesiam S. Justi cum omnibus pertinentiis nec non possessiones alias cum pratis, vineis, terris, nemoribus, usuagiis et pascuis in bosco et plano, in aquis et molendinis, in viis et semitis et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis. Ad hec comitias Ecclesiarum et Ecclesiastica beneficia nullus hereditario iure possideat, quod si quis facere presumpserit censura canonica compescatur. Propterea quod communi assensu Capituli tui vel partis maioris consilii sanio- ris in tua Diocesi per te vel successores tuos fuerit canonice consti- tutum, validum et firmum volumus permanere. Prohibemus in- super ne excomunicatos vel interdictos ad officium vel comunionem ecclesiasticam sine conscientia et consensu tuo quisquam admittat aut contra sententiam tuam canonice promulgatam aliquis venire pre- sumat, nisi forte periculum mortis immineat aut dum presentia tua habere nequiverint per alium secundum formam Ecclesie satisfactio- nem premissa oporteat ligatum absolvi. Sanctorum quoque

Corr. (sic)

Canonum auctoritatem sequentes statuimus ut nullus Episcopus vel Ar-
chiepiscopus absque Parentini Episcopi consensu conventuales missas etiam
vel ecclesiastica negotia in Parentina Diecesi, nisi per Romanum Ponti-
ficem vel eius Legatum fuerit eidem iniunctum, tractare presumat
nisi forsan Metropolitanus eius aliquid premissorum fuerit in casi-
bus sibi a iure concessis. In Ecclesiis quoque Parentine Diecesis
que ad alios pleno iure non pertinent, nullus Clericus instituere vel
destituere vel Sacerdotem preficere sine consensu Diecesani pre-
sumat. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatam
Ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel abla-
tas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare sed omnia
integra conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione
concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolice aucto-
ritate. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica Secularisve persona
hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire
temptaverit secundo tertiove commonita, nisi reatum suum con-
grua satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui di-
gnitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata
iniquitate cognoscat et a Sacratissimo Corpore et Sanguine Dei
et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo
examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco
sua iura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi quatenus
et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum Iudicem

premia eterne pacis inveniant amen.

L. S.

Ego Innocentius Apostolice Sedis Episcopus

Ego Petrus Albanensis Episcopus

Ego Willelmus Sabinensis Episcopus

Ego Petrus S. Georgii ad velum aureum Diaconus Cardinalis SS.

Ego Joannes S. Nicolai in Carcere Tulliano Diac. Cardin. SS.

Ego Willelmus S. Eustachii Diac. Cardin. SS.

Ego Petrus tit. S. Marcelli Presb. Cardin.

Ego Willelmus Basilice XII Apostolorum Presb. Cardin.

Ego Fr. Joannes tit. S. Laurentii in Lucina Presb. Cardin.

Ego Fr. Ugo tit. S. Sabine Presb. Cardin.

Data Lugduni per manum Magistri Marini S. R. E. Vicecancellarii X Kal. Martii, indictione VII, incarnationis dominice Anno MCCXLVIII, Pontificatus vero D. Innocentii PP. IV. anno VI.

Copiato dal D.r Vinc.o Joppi
Udine Sett. 1878

1248 10 Marzo Sbrojavacca. Il signor Rodolfo Picutto figlio del signor Lazzaro di Cusano e sua moglie Verimburga per 130 lire di denari avendo venduto un manso in Basedo al signor Rodolfo di Sbrolavacca e moglie, i detti compratori ne promettono il pagamento.

+

Exemplum

Locus Signi Notarij

Anno Dni. Millo. CC.XLVIII. Ind. VI. Die X. intrante Mense Martij in presentia Dni Vlvini maiorij de Sbrolauaca Dni. Nimani de Bagnarola Prestri Michet de Sbrolauaca

1248. X. Martij. Petri Dni Zilij de Prata, Ermij Notarij de Bagnarola, Dni Henrici de Riuignano, et aliorum. Cum Dnus Rodulfus Picutus qdam filius Dni Leazarij qui fuit de Cusano, et Vxor

eius Dna fecisent datam, et venditionem Dno Rodulfo de Sbrolauaca, et Vxori eius Dna Beraliana, et Filijs eorum pro precio C. et XXX. libram denariorum

130. Venetorum de Manso Vno iacente in Villa de Basedo, et in eius pertinentijs, qui regitur per Iacobum, et Wecelum secundum quod continetur in publico Instrumento per me Otolino Notario facto. Ipse vero Dnus Rodulfus de Sbrolauaca stipulatione sumta postea promisit in presentia predictorum testium eidem Dno Rodulfo Picuti sub pena CC. librarum

200. Denariorum Ven. qd supra daret eius erit dare, et solue eidem Rodulfo de Sbrolauaca uel Heredibus eius. C. et XXX. lb Denariorum Ven. de hinc ad Sanctam Mariam proximam

Item in Pascha [illegible] [illegible] in refectorio. in mensa cum bono agno. [illegible] in coquina [illegible] diebus. Eodem modo tribus diebus in [illegible]. et in dedicatione cum [illegible] tantum. [illegible] Premariacensis. Decimarii de Ponte et Decanus de Thea gerana [illegible] equaliter. In vincula Sancti Petri dantur [illegible] in festo S. Laurentii VI. in S. Felice VI. in festo S. Donati VI. [illegible] VI. in S. Daniele VI. in decollatione S. Jo. Baptistae VI. in nativitate S. Mariae VI. in exaltatione S. Crucis VI. in festo S. Matthei VI.

Item [illegible] incipiuntur dari battones dantur qualibet festo in coquina VI. gallinae [illegible], exceptis festis in quibus sedent canonici in refectorio. [illegible] similiter [illegible] equaliter Decanus Premariacensis, Decimarii de Ponte et Decanus de Thea gerana.

Item quando occurrit aliquod festum in die dominico datur unum [illegible] [illegible] festo tantum. Exceptis dominica prima de adventu. et festo S. Andreae. purificatione [illegible]. et dominica in [illegible] in quibus datur utrumque [illegible].

Item debet Prepositus preparare cellarium cum vasis et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] circa XII congios in quibus [illegible] vina canonicis. et VI congios vini ad hoc pertinentes.
Item pistrinum et furnum eodem modo debet preparare cum omnibus necessariis. Coquinam vero cum mensa. olliis. frixoriis. caldariis et aliis utensilibus necessariis ad coquinam pertinentibus simili modo debet dare.
Item per circulum anni debet Prepositus providere in lignis in coquina et in pistrino. et in hyeme in refectorio calefaciendo.
Ratio casei de [illegible] [illegible] de Lauco dant XLVI vinchine casei.
de [illegible] de Fusea dant XXII vinchine casei: et XL denarii de quibus supplentur defectus decem prebendarum. et de quo debet Prepositus dare in festo S. Michaelis cuilibet canonico unam vinchinam casei et dimidiam. Et Cellerario canonicorum unam vinchinam: pistori etiam unam vinchinam.
Item in Sancto Vito debet Prepositus dare cuilibet canonico unam vinchinam casei.
Item in quadragesima debet Prepositus dare in coquina canonicorum quolibet die tres pisonecl [illegible] et duos [illegible] [illegible].
Item debet Prepositus dare in coquina canonicorum duas urnas olei: ex quibus [illegible] quilibet Canonicus quatuor libras. coquinarii octo libras. Decanus [illegible] unam libram [illegible] de area [illegible] unam libram. molendinarius duas libras. ortolanus duas libras. bubulcus unam libram.
Item debet Gastaldio Preposito canonicis dare in quadragesima XXVII. [illegible] riolos de nucibus.
Item Prepositus debet dare pro porcis pistrini qui olim nutriebantur VIII libras denariorum. Pro copis IIII libras denariorum. Pro silva de [illegible] unam [illegible]. Pro pipibus dat etiam XL denarios de carnea qui dantur in Purificatione cum alio censu. Et dat XL denarios de [illegible].
Item dat XXXVI denarios de Cadunzia villa quadam quam Habundan vel Caduncia tia mulier quedam dedit Eclesie Civitatensi pro anima sua.
Item debet Prepositus dare canonicis de decimis de Plez [illegible] cuilibet canonico unum agnum. et de decimis de [illegible] [illegible] [illegible] XIIII [illegible]. et

[illegible] VIII eid.

[illegible] noduli[s] debet dividi inter [illegible] canonicos.

Item [illegible] inter [illegible] hostiarii, scutellarii [illegible] ad aliquam exactionem ratione officiorum.

Item [illegible] debet canonicis in refectorio mensilem [illegible] Et hec duo instrumenta in uno tenore facta [illegible] MCCL. indictione VIII. die XIII. intrante [illegible] in [illegible] in hospitio Magistri B. Vicedomini. in presentia [illegible] Leupoldi, [illegible] Johannis [illegible] canonicorum [illegible] et aliorum.

Nos [illegible] Dei gratia Patriarcha Aquilegensis predictum processum [illegible] de mandato et commissione nostra per dictum [illegible] super inquisitione proventuum ad Preposituram Civitatensem pertinentium [illegible] per Prepositum Capitulo persolventur. Secundum quod superius continetur ratum habemus [illegible] Promittentes [illegible] nos et successores nostros [illegible] omnia predicta integre [illegible] annis [illegible] et nulla ratione unquam contravenire. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presens instrumentum [illegible] et sigilli nostri [illegible] munimine roborari.

Ego Magister Anselmus Imperialis Aule Notarius his confessionibus omnibus et attestationibus interfui. et ipsas de mandato [illegible] D. Abbatis [illegible] bona fide et sine fraude [illegible]

(L. S. adh. pendentis).

1249, 21 novembre. Gemona. Il Comune di Gemona dona una pezza di terra presso il Monastero di S. Agnese alle monache e converse in esso abitanti

17

Anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo nono, indictione septima, die dominico decimo exeunte novembri, presentibus Rumegio, Henrico, Bernardino sacerdotibus de Glemona, Cinirotto de Prampergo, Tonarno genero D. Bertholdi de Moraria, Reinardo Domini Azutti de Mels testibus ad hoc et alijs rogatis.

D. Candidus de Glemona una cum D. Bertholdo de Moraria et Bonshomine Rectoribus atque Henrico filio D. Mathie necnon maiori et saniori parte Comunis eiusdem loci sciens et considerans bonam et honestam famam Sororum et Conversarum que morantur apud Sanctam Agnetem in pertinencijs Glemone et memor existens honeste vite earum cum consensu et voluntate Rectorum et Henrici eorundem et sanioris partis Comunis supradicti in perpetuum dedit et tradidit Sororibus nominatis unam quantitatem de terra sita apud Ecclesiam S. Agnetis per easdem Sorores superoccupata de pascuo Glemone, secundum quod per supradictas Sorores et quosdam alios de Comuni prefato ipsa terra fuerat determinata: Milia Conversa eiusdem loci recipiente datam vice et loco Sororum predictarum. Ita ut amodo tam dicte Sorores et hee que eis successerint ibidem in perpetuum habeant, teneant et possideant atque operentur ipsam terram ad earum voluntatem et usum fructus sine omni contradicione supradictorum

... pro quanto medietas florenorum vel pacto

D. Candidi, Rectorum, Henrici et Comunis atque eorum heredum sive successorum. Promisitque idem D. Candidus vice et loco Comunis sepedicti hanc datam et concessionem firmam et ratam in perpetuo tenere sub pena dupli eiusdem terre, penaque soluta si dictum Comune contra venerit aut fecerit tamen presens contractus firmus et ratus semper nichilominus observetur.

Actum ante maiorem Ecclesiam de Glemona publice dum Comune ipsum ad officium publice Misse intrare deberet.

Ego Bernardus auctoritate imperiali Notarius constitutus interfui et hanc cartam rogatus scripsi.

Da pergamena orig. nella Bibl. Civ. Udine

1249, ottobre, Foggia. L'imp. Federico II concede a Mainardo Conte di Gorizia suo Capitano in Stiria autorità di ricevere e di obbligare ai suoi fedeli; i beni che il Patriarca d'Aquileja, l'Eletto di Salisburgo ed altri Prelati infedeli, possedevano in Stiria e Carniola.

Da Emmert, Monum. Tirolensium e Chmel, Österreichische Geschichtsforscher, t. I, p. 540.

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie Rex. Per presens scriptum notum fieri volumus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris quod cum nos M. Comitem Goricie dilectum fidelem nostrum capitaneum Stirie duximus statuendum, omnes possessiones et omnia bona que patriarcha Aquileiensis, electus Salzburgensis ac alii prelati qui fidem et devotionem nostri nominis abjurarunt, in Stiria et Carniola tenent et possident, ad manus nostras recipiendi et ea omnibus illis qui ad cor reversi ad fidelitatem et servitia nostra redire puro corde voluerint, obligandi, eidem Comiti plenam contulimus potestatem; quicquid idem Comes de predictis possessionibus et bonis capiendis et supradicto modo obligandis fecit vel in antea fecerit, ratum et firmum inviolabiliter habebitur (sic). Ad cuius rei memoriam et stabilem firmitatem presens scriptum fieri et majestatis nostre sigillo jussimus communiri.

Actum Fogie, anno Dominice incarnationis millesimo ducentesimo quadragesimo nono, mense octobris, octava indictione.

1250, 15 Aprile. Cividale. Statuti dati dal Capitolo di Cividale ai dodici Mansionarie stabilite di nuovo in quella Chiesa.

In nomine sancte et individue trinitatis. Ad decorem domus et divini cultus augmentum ut suppleatur quorundam Canonicorum absentia qui non possunt vel volunt Ecclesie personaliter deservire Nos wolricus vicedecanus et Capitulum ecclesie Civitatensis pari voto et unanimi voluntate duodecim Mansionarios in eadem ecclesia ex nunc duximus statuendos ministraturos ecclesie in diversis ordinibus secundum quod Capitulo videbitur expedire, qui ad continuam et personalem residentiam et ad frequentationem chori statutis horis et ad exhibendam obedientiam et reverentiam Decano et Capitulo teneantur numquam se per elationem et superbiam vel contumaciam contra Capitulum vel aliquem de Capitulo erigant vel procacibus verbis insurgant. Quicumque vero fuerit in manifesta rebellione vel intollerabili vicio repertus, verbis vel factis absque spe restitutionis ab officio removeatur omnino. et taliter destitutus ad dictum officium nulla occasione amplius admittatur. | Nullus Mansionarius absque Decani licentia extra Civitatem pernoctare presumat, pro causa tamen honesta licentia postulata et obtenta usque ad terminum eidem a Decano prefigendum sine mora dispendio nisi legittimo detentus obstaculo revertatur. | Mansionarios contentos esse volumus in proventibus quos annuatim de prebendis quorundam absentium eis volumus ministrare donec vacabunt sex prebende quas dividi suo loco et tempore decernimus equaliter inter eos. ita quod eis nullum preiudicium generetur per aliquos qui post eos fuerint electi in Canonicos et in fratres. | Ad superiores ordines promoveri ad mandatum Capituli quilibet Mansionarius quandocumque requisitus extiterit teneatur, quod si contempserit, ab officio predicto removeatur omnino discretione adhibita per Capitulum qui fuerit ad ordines promovendi. | Ad instituendum et destituendum Mansionarios vel ad eorum corrigendos excessus nolumus aliquos absentes Canonicos advocari. sed arbitrio illorum et fidei qui presentes in Civitate fuerint relinquatur. | Nullus preterea ignotus Capitulo vel saniori parti recipiatur in Mansionarium,

... pro quatuor marchis florenorum dati pacto

nisi per mensem in choro probetur utrum scientia sufficienti ad officium
et moribus adiuvetur vel nisi examinatus ad minus utrum sit in cantando et legendo
idoneus et sufficiens. / Teneatur insuper quilibet Mansionarius fideiussoriam vel
iuratoriam exhibere cautionem, quod si ex proprio motu vel ex mandato Capituli
vel quacumque causa cum officio cedere contingeret memorato, restituere de re
captis pro rata temporis quicquid non deservierit teneatur. / Illus manifeste
cohabitans exercens novalia vel usuras, lusor vel tabernarius vel manifestus
offensor Capituli, nisi se correxerit de predictis et satisfecerit ad bene
placitum Capituli de offensis Mansionarium admittatur. / Ad habendos
vicarios in ecclesia Civitatensi eos non decernimus de cetero compellendos
quorum prebende patiuntur per Mansionarios sectionem cum deus bis non
indicat in idipsum nec afflicto afflictio sit addenda. / Ludum, tabernas et loca
suspecta, Mansionariis precipimus evitare, quod si non fecerint, pro modo
culpe corrigantur et si incorrigibiles inventi fuerint, destituantur / Lectioni
et cantui Mansionarii diligenter competentibus horis insistant et qui
ad ista fuerint minus docti, per alios informari et instrui in scolis claustro
vel ecclesia studiose requirant ut cum ad legendum vel cantandum
in choro devenerint, eorum cantus et lectio non vertatur eis in contemptum
et aliis in derisum. Super quo sunt a Decano si negligentes extiterint
compellendi. / Nullum preterea volumus Capitulo vel posteram preiudicium
generari per constitutionem Mansionariorum huiusmodi; vel quod
unquam iidem vel eorum posteri contra Capitulum prescriptionem
valeant aliquam allegare, quin eos in toto et parte instituere, destituere
et privare pro nostre voluntatis arbitrio et omnes rimovere
penitus et prebendas revocare in statum pristinum valeamus universis et

singulis receptis et recipiendis ad idem officium silentium imponentes quod occasione huiusmodi nos non valeant coram aliquo iudice convenire vel trahere nos in causam supra institutione, destitutione et correctione eorum pro nostro arbitrio facienda utrum iuste vel iniuste, licite vel illicite id factum sibi fieri videretur. Quod qui presumpserit non solum ab officio sit privatus huiusmodi, verum etiam inter nos tamquam ethnicus et publicanus in perpetuum a nostro consortio sit semotus. / Statuta ista facta et in posterum facienda receptis et recipiendis in Mansionarios perlegantur ut si eadem observare voluerint humiliter et devote ad eorum observationem se obligent. quicumque noluerint eadem observare officium non assumant vel assumptum omnino relinquant. / Que quidem Statuta ad honorem Dei et utilitatem ecclesie concorditer fecimus salvo nobis iure addendi, minuendi, mutandi, corrigendi, interpretandi, reformandi et totum si voluerimus irritandi non obstante prescriptione, consuetudine vel statuto propter quod presentem paginam manu publica roboratam sigillo Capituli ad memoriam fecimus communiri.

Anno dominice nativitatis Mill. ducentesimo quinquagesimo, Indictione octava. quinto decimo die intrante aprili. In Capitulo Civitatense. In presentia dominorum Ulrici vicedecani. Iohannis tiburcii. Leupoldi thesaurarii. Conradi potive. Bernardi bilini. Gardamoni Rodigeri. Ubanotti. Iohannis Baraterii. magistri Anselmi.

Johannis Leonis. Hermanni aponis. Kiphini canonicorum. Bertoldi Dominici - Gliris. Andree Prouttil Nicolai. Johannis cizinen. Fantoboni et aliorum perlecta Statuta notata superius et eorum comuni consensu et unanimi voluntate per dictum vicedecanum nomine Capituli confirmata exemplavi rogatus ego Julianus Imperiali auctoritate Notarius atque scripsi in formam publicam redigendo nil addens vel minuens quod sententiam variet seu mutet.

Dal documento pendono due sigilli uno pendente in cera bianca da cordicella rossa ed altro ovale in cera rossa da cordicella bianca.

Arch. Capit. di Cividale Perg. IV. 89. ~~Perg. 89.~~ Perg. orig.

22

UN DOCUMENTO FRIULANO

E UN DIPLOMA DI ARRIGO VII

Tornerà cosa gradita agli studiosi delle patrie istorie il veder qui trascritti due documenti, che si conservano nell'originale dal conte Lodovico Della Torre in Ziracco nel Friuli, presso quell'archivio privato di cui diedi notizia nell'*Arch. Stor. It.*, Tomo XI, Parte II, Serie terza, pag. 260-61. Il primo documento è un Istromento di lega difensiva tra Bertoldo patriarca d'Aquileia ed Ulrico di Sponheim-Ortemburg figlio di Bernardo duca di Carinzia, contro il conte Mainardo di Gorizia. La pergamena che lo contiene è ben conservata, tranne in alcuni punti dove è ròsa dal tempo. Di quest'atto importante prese copia l'archivio imperiale di Vienna; e il Bianchi, che ne offre un brevissimo estratto nei *Documenta hist. forojul., seculi XIII*, Wien 1861, omette il giorno ed il mese dell'Istrumento e ne dà per errore a sorgente la *Collectio Comitis Cynthii Frangipani.* Bertoldo patriarca, conte di Andechs, tedesco, aveva regnato dal 1208 al 1251, e il conte Mainardo III di Gorizia dal 1223 al 1258. L'alleanza cui accenna il documento ebbe per effetto una guerra nella quale Mainardo, sconfitto dalle genti di Ulrico, riuscì a salvarsi.

BIBLIOTECA CIVICA UDINE

Il secondo documento, in data di Lodi, è un diploma che l'imperatore Enrico VII di Lussemburgo conferì, nel 22 aprile 1311, a tempo della sua discesa in Italia, a Gastone della Torre arcivescovo di Milano. Esso importa alla storia degli ultimi anni della dominazione dei Torriani in Lombardia, giacchè, prima che l'imperatore favorisse i Visconti, aveva pur avuto bisogno che l'arcivescovo gli cedesse per un anno la rôcca di Angera nella diocesi di Milano, con l'intento di difendersi dai numerosi nemici di Lombardia. La piccola pergamena è in buono stato.

Udine, 21 gennaio 1871.

G. Occioni-Bonaffons.

Istrumento di lega difensiva tra Bertoldo patriarca di Aquileia ed Ulrico figlio del duca di Carinzia contro il conte Mainardo di Gorizia.

1250, 3 settembre.

In nomine sancte et individue Trinitatis, Amen. Ne que in tempore aguntur simul cum tempore dilabantur, fidelium gesta solent per scripti memoriam perhempnari (*sic*). Noverint igitur presentes et futuri presens scriptum inspecturi quod constitutis apud Mengosburch (1) Domino Bertholdo Venerabili Patriarcha Aquileiensi, et Nobili Viro Ulrico filio Domini Bernardi Illustris Ducis Karinthie. Dominus Patriarcha petivit ab eodem, ut contra Meynardum Comitem Goricie et eius complices werram Domino Patriarche moventibus costaret sibi. Idem vero Ulricus petiit e converso, quod Dominus Patriarcha Nepti sue Domine Agneti (2) Uxori ipsius daret Castra Wiselberch (3) et Mengosburch, in quibus asseruit se ius habere. Super quibus tandem taliter concordaverunt, quod Dominus Patriarcha prefate Nepti sue et Domino Ulrico marito ipsius nomine eiusdem Domine dedit et assignavit in castro Wiselberch, ius quod in ipso habuit vel habere visus fuit, tali pacto, quod tam ipsa, quam consors ipsius Dominus Ulricus prefatus, renunciaverunt omni iuri forestarie quod se habere dicebant de bonis et hominibus ecclesie Aquileiensis, pertinentibus ad Castra Werdenech, Liechtemberch et Nidech nec debent super bonis et hominibus ad dicta Castra pertinentibus, iudicium sibi aliquod de cetero vendicare. Renunciaverunt etiam cum predictis pro se et heredibus suis omni iuri super libertinis, Apud Téchebvo (*sic*), Wrezowe et Lugg....

(1) Oggi Moosburg nella Carniola. MENGEŠ IN CARNIOLA !

(2) Agnese di Merano (nel Trentino) era figlia di Enrico dell' Istria, fratello bandito del patriarca Bertoldo e della contessa Sofia di Weixelburg, ed era sposa del duca Ulrico III di Carinzia.

(3) Oggi Weixelburg nella Carniola, a mezza via tra Lubiana e Neustadtel.

quod iidem libertini ad Ecclesiam Aquileiensem omni iure et servicio decetero debeant pertinere. Item promisit Dominus Patriarcha dicte Nepti sue et Domino Ulrico prefato marito ipsius, nomine eidem Domine ius quod habet in Castro Mengosburch dare, si promissionem inferius annotatam, de prestando Domino Patriarche auxilio, ipse Dominus Ulricus attenderet et compleret ante proximo venturum festum Sancti Michaelis. Et si contingeret Dominum Patriarcham vel eius Capitaneos interim facere pacem vel treugam cum Comiti Goricie, nichilominus de ipso castro faciet quod promisit. Et si ipsum medio tempore quod absit contingeret decedere Dominus Bertholdus de Gurkvelde (1) castellanus ipsius castri de voluntate et mandato Domini Patriarche ipsum assignare debet nichilominus Domine memorate et Domino Ulrico marito ipsius nomine eiusdem Domine et ipsa, maritus, et heredes ipsius non debent ipsum Bertholdum ab eodem Castro removere sed in eo conservare sibi et heredibus suis, qui ipsis cedent in parte ius habitationis quod Burchvut (2) vulgariter appellatur. Dominus vero Ulricus antedictus data fide ad manum Domini Patriarche promisit sub sacramenti virtute quod ei quamdiu vixerit astabit contra omnes inimicos et offensores suos totis viribus sine fraude. Patre suo B. (3) Illustri Duce Karintie et fratre Ph. (4) Venerabili Electo Salzeburgensi dumtaxat exceptis, et ante proximum festum Sancti Michaelis in partibus Foriiulii cum centum armatis ad minus comparere promissit et movere werram inimicis Domini Patriarche iuxta ordinacionem ipsius, nec recedere debet de terra et servicio ipsius sine licentia et voluntate sua. Si vero aliquis gravis casus ipsum impediret venire in Forum Iulii ante proximum festum Sancti Michaelis, illam mandare debet Domino Patriarche quo facto, iuxta beneplacitum ipsius Domini Patriarche, vel remanere poterit vel si mandavit tenebitur statim re.... (5). Et si pax vel treuga imponetur werre pro Domino Patriarche movetur ad presens vel move-

(1) Gurkfeld nella Carniola
(2) Burghut, cioè Capoborgo.
(3) Bernardo.
(4) Filippo.
(5) Movere

bitur in futurum vel eciam ipse aliis movet vel movebit in posterum in partibus Foriiulii, Ystrie Carniole Marchie et Karinthie, sepedictus Dominus Ulricus postquam per nuncium Domini Patriarche fuerit requisitus infra xv dies tenetur ad auxilium ipsius venire, non obstante occasione aliqua nisi forte in terram suam intrassent vel in proximo intrare deberent, et id constaret, inimici; quibus per ministeriales et homines suos preter se relinquendos resisti non posset. Si vero cessante impedimento huiusmodi veniret, a servicio Domini Patriarche recedere non debet, sine ipsius ut predictum est licentia speciali. Promisit insuper postquam in proximitatem Foriiulii intraverit iuxta promissionem supradictam contrahere et facere mutuam confederacionem perpetuo duraturam contra omnes predictis patre et fratre ipsius tantum exceptis cum Ecclesia Aquileiensi et ministerialibus ipsius iuxta Domini Patriarche consilium et voluntatem. Promisit converso Dominus Patriarcha prefato Domino Ulrico ferre auxilium contra.... (1) Comitem Goricie et quoslibet alios quibus ipse Dominus Ulricus de voluntate Domini Patriarche werram movebit et qui se posuerit in auxilium Comitis memorati, propter quam contra Styrenses et Ministeriales Ecclesie Bambergensis et Nicholaum de Lewenberch. Verumtamen si aliqui predictorum Dominum Patriarcham invaserint vel offenderint, sepedictus Dominus Ulricus tenebitur ipsum invadere contra eosdem, et ex tunc eciam Dominus Patriarcha contra ipsos tenebitur astare sibi. Et.... supradicta pro utraque parte observentur inviolabiliter bona fide si fraude iuraverunt in manum dicti Domini Ulrici Gerlechus de...., Bertholdus de Gradenech, Gerlochus de Htemberh (2), Gebardus de Lilimberch, Marquardus de Yge. H'cordus (3) de.... in manum vero Domini Patriarche iuraverunt Wagiendus. .. medus (4) in Wdnech (5), Magister Bertholdus.... de pontis (?), Ludovicus de.... Bertholdus de Gra.... omnibus predictis pro sacrame(nto).... partem (?)

(1) Lacuna nell'originale.
(2) Hartenberg.
(3) Harcordus.
(4) Medicus.
(5) Werdenech

utramque ad faciendum omnia supradicta induci consiliis et pactibus bona fide. In cuius rei memoriam et stabilem firmitatem presentem paginam scribi iusserunt prefati Dominus Patriarcha et Ulricus cum verbo et voluntate Domine Agnetis supradicte et sigillorum suorum pendentium muniminum roboravi. Testes vero sunt Dominus Philippus Venerabilis Salzeburgensis Electus, Magister Heinricus de Uryaco Notarius Conradus Gallo. Raynerus et Haichilberch. Vigilius Notarius et alii quamplures.

Actum in Cappella superiori Castri inferioris de Stain. Anno Domini M. CCL, l. die III intrante septembris VIII indictione.

Et Ego Wezzelo quondam Domini Henrici de Buia. Imperiali auctoritate Notarius hiis omnibus interfui et rogatus scripsi et corroboravi.

Diploma di Enrico VII di Lussemburgo a Gastone della Torre arcivescovo di Milano, per cessione temporanea della rôcca di Angera.

1311, 22 aprile.

Nos Henricus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Recognoscimus et presentibus profitemur, quod Venerabilis Castonus, Archiepiscopus Mediolanensis, Princeps noster Dilectus Titulo, et ex causa comoditatis Nobis concessit Roccham Angerie tenendi, muniendam, et custodiendam absque expensis dicti Archiepiscopi, et Ecclesie Mediolanensis pro honore, et defensione nostre, et Imperii usque ad unum annum proxime venturum. Promittentes eidem Archiepiscopo in fine dicti temporis, dictam Roccham restituere sine briga, et molestia in eo statu in omnibus, et per omnia, que nobis presentabit, et extitit consignatum. Salvo jure nostro, et

Imperii, ac predicti Archiepiscopi, et Ecclesie Mediolanensis in dicta roccha. Ita quod ex concessione huiusmodi nulli in jure suo prejudicium fiat. Sed quod ius unuscuiuscumque integrum resservetur. Presentium testimonio litterarum nostre Maiestatis sigili robore signatum. Datum Laude undecimo calendas maij anno Dni millesimo, trecentesimo undecimo. Regni vero nostri anno tertio.

Estr. dall'Archivio Storico Italiano
Serie Terza, T. XIII, P. I.
Firenze, Tipografia Galileiana, 1871.

1250, prima dell'8 luglio. I Vescovi di Capodistria e di Cittanova, gli Abati di Moggio e di Beligna ed il Preposito di S. Stefano d'Aquileja fanno noti i tradimenti di Reinardo Preposito di Carnia e di Riccardo Pievano di Fagagna.

In nomine sancte et individue trinitatis Amen. Nos C[onradus] Iustinopolitanus et B[illegible] Emoniensis episcopi. W. Mosacensis et W. Beliniensis abbates et J. Prepositus sancti Stephani Aquilegensis notificamus universis ad quos littere iste pervenerint adeo esse publicum et notorium per totum Forum Iulii quod nulla potest tergiversatione celari. quod ope machinationibus consilio et favore Reinardi olim prepositi sancti Petri de Carnea et Rugardi quondam plebani Ecclesie de Faganea ac parentum eorum Castrum Faganee quod est Aquilegensis Ecclesie traditum fuit dudum inimicis Romane et Aquilegensis Ecclesiarum. Idem quoque Reinardus tanto non contentus excessu Castrum de Brayaco quod erat Ecclesie fidelium tradi tunc prefatis inimicis Ecclesie procurabat prout per famam publicam habebatur, unde in itinere perficiendi nefandum opus huiusmodi captus extitit ab Ecclesie fidelibus et etiam carcere mancipatus. Propter quod, ie memorie D. B(ertholdus) Patriarcha Aquilegensis prefatos Reinardum et Rugardum omni officio et beneficio denudavit. Super quibus captum ~~[illegible]~~ perhibemus testimonium veritati. Ad maiorem vero certitudinem predictorum presentes litteras sigillorum nostrorum pendentium fecimus impressione muniri.

(mancano i sigilli appesi a liste di pergamena.)

Repert. dell'Arch. Capit. di Cividale Vol. IV. p. 106.

1250, 13 Ottobre, Lione. Papa Innocenzo IV commette al Vescovo di Feltre che essendo diminuite i redditi del Clero Aquilejese per opera de' nemici di quella Chiesa, annuendo alle domande del Patriarca non sia provveduto alle vacanze e non imposta la tassa ai Vescovi nell'occasione di visite ff.

Innocentius episcopus servus servorum Dei dilecto filio . . . . . Electo Feltrensi salutem et apostolicam benedictionem. Cum sicut ex parte venerabilis fratris nostri ... Patriarche Aquilegensis fuit propositum coram nobis facultates cleri Aquilegensis per inimicos ecclesie sint non modicum diminute, nos ipsius Patriarche supplicationibus inclinati eidem clero per nostras litteras duximus concedendum ut ad procurationes prestandas vel provisionem faciendam alicui compelli minime valeat absque speciali mandato nostro faciente plenam de ipsa indulgentia mentionem. Quo circa discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus non permittas prefatum clerum super his contra concessionis nostre tenorem ab aliquibus indebite molestari. Molestatores huiusmodi per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Datum Lugduni. III. Id. Octobris. Pontificatus nostri anno octavo

Arch. Mun. di Civ. In copia in pergamena del 1252, 12 Febr. Vol. IV. 103.

1251. 30 Aprile. Windisgraz. Il Patr.a Bertoldo dona alla Chiesa di Aquileja quanto possedeva nel Castello, mercado e provincia di Windisgraz.

75

In nomine sancte et individue ~~trinitatis~~ [sopra: amen]. anno domini. M.CC. quinquagesimo primo. indictione nona. ultimo die Aprilis. in presencia dominorum Crastonis Archidiaconi Villacensis. magistri Ludovici plebani Laibacensis . . . . . et Richerii sacerdotum de Windisgraz. Henrici plebani de Vladinich. preposidelli plebani de Legio. Ansalmi de Lossa. Nicholai de Lemmberch. Cononis de Murucio. Henrici de Mels. Pezmanni de Ragonia. Leutoldi de Tremin. Magistri Helluici scribe Pettoviensis. Henrici scribe de Graz. Eberardi Marsalci. Federici Camerarii. Pelegrini villarii. Marquardi spisarii ~~dni Patr.~~ [sopra: domini Patriarche] et aliorum multorum.

Dominus Bertholdus dei gratia venerabilis ~~Patr.~~ [sopra: Patriarcha] Aquilegensis volens seminare in terras quod recolligere valeat cum fructu multiplicato in celis pro anime sue ac parentum suorum ~~parentum~~ remedio omnem proprietatem quam habebat in provincia Windisgraz tam in Castro quam in foro et aliis locis ad dominium ejusdem provincie pertinentibus. cum omnibus juribus tam in Judicio. Muta quam etiam Moneta et cum omnibus Ministerialibus suis et propriis hominibus utriusque sexus et heredibus eorum. Ecclesie Aquilegensi libere dedit et ad proprium tradidit perpetuo possidendam secundum quod ipse et antecessores sui habuerant ac pacifice possederant et quiete. salvo sibi jure et libera facultate

. . . . . pro quatuor milibus florenorum tali pacto

donec vixerit, quod tam de ipsa provincia quam omnibus supradictis infeudare valeat pro sue arbitrio voluntatis et quod de ejusdem provincie bonis remota fraude remunerare valeat et possit servitores suos et pro anima sua elimosinas facere pro velle suo. Hoc etiam adjecto quod jus Ministerialium Aquilegiensium in omnibus habeant omnes Ministeriales, Castellani et infeudati de Windisgraz. Et ut apud eosdem favorabilior ipsius memoria habeatur fecit ipsis ultra consuetudinem feudorum Aquilegensis Ecclesie in hoc gratiam specialem quod nullum feudum seu proprium evacuetur seu vacet dum de cognatione possidencium aliquis vir vel femina sit superstes. Ad majorem ergo memoriam et stabilem firmitatem prefatus dominus Patriarcha hoc Instrumentum manu publica suique jussit Sigilli pendentis munimine roborari. Actum in Ecclesia beate Elisabeth in foro Windisgraze.

Ego Paulus sacri palacij notarius predictis interfui et de mandato sepedicti domini Patriarche scripsi et corroboravi.

Ego Wezzelo domini qm Henrici filius imperiali auctoritate notarius predictis interfui et de mandato ipsius domini Patriarche me subscripsi.

Dalla pergamena originale, mancante del sigillo, nella Collezione Joppi —

Corr. l.

1218 — 1251 Nel tempo del patriarca Berdoldo. **26**

Esame di testimoni sui diritti del Patriarca nella villa di San Pietro (dei Slavi) e sul mercato di San Quirino, contesi dai Signori di Villalta.

Dominus Patriarcha habet advocaciam in villa Sancti Petri et quilibet mansus dimidie Ville solvit pro advocacia dimidium starium annone et dimidium pisonale frumenti qui datur in cellario domini;

Item solvit quilibet dictorum mansorum VI denarios pro ove et unum carrum lignorum Gastaldioni de Civitate et duas operas pro manso,

Item d. Patriarcha habet unam suam Sedem iuxta Ecclesiam sancti Quirini in qua Gastaldio d. Patriarcha tenet rationem inter latinos et sclavos illius contrate et homines illius contrate appellant ad dictam Sedem et ibi difiniuntur appellationes coram Gastaldionem domini Patriarche;

Wargendus filius Surutte dixit quod recordabatur quod Zibulina accipiebat mutam a superiori parte Ecclesie et d. Warnerus Sclenca qui tunc erat Gastaldio domini Patriarche sedebat cum ipsa et tenebat ibi rationem de omnibus et dixit quod Gastaldio dominorum de Vilalta stabat ab illa parte Ecclesie versus Civitatem et accipiebat ibi mutam et dixit quod homines de Civitate et omnes qui veniunt ad waytam non debent ibi solvere mutam et dixit quod domini de Vilalta non habent aliquam aliam rationem supra dictum forum;

Item Carulus filius Surutte dixit totaliter sicut Wargendus;

Item Federicus de Schusa dixit idem.

Item Ratus Grano dixit quod d. Patriarcha habebat in dicto foro omnem dominacionem excepto mutam.

Item Pizolus de Monasterio dixit idem totaliter.

Item Johannes Zirmuglon dixit idem; item Dux dixit idem.

Item Fulzitus dixit quod ibat cum d. Warnero Sclencha qui tunc erat Gastaldio d. Patriarche et stabat iuxta Zibulinam qui accipiebat mutam et dixit quod accipiebat aliquando XL denarios et Muiy etiam dixit quod d. Warnerus expendebat aliquando de suis denariis unam marcham et plus aliquando ad defendendum dominaciones quas facere volebant homines illorum de Vilalta

... pro quatuor milibus florenorum nel pagare

et alii et ad manutenendum iura domini Patriarche.

Item Vitus Ruffus dixit idem integraliter et dixit quod quidam Gus de Civitate fuit interfectus, quod d. Jacobus de Orzono Gastaldio quesivit hominem qui interfecit Gus per forum et undique ad capiendum ipsum et ad faciendum rationem de ipso.

Item Wargendus de Cava dixit idem sicut Vitus, et dixit quod fuit ibi ubi d. Jacobus de Orzono Gastaldio d. Patriarche petivit a d. Henrico de Vilalta hominem qui interfecit Gus et d. Henricus respondit quod nesciebat ubi homo erat per sacramentum quod fecerat domino Patriarche et si aliquo tempore posset ipsum hominem, quod daret sibi et incontinenti d. Hendricus supradictus precepit Vodorlicomo Gastaldioni sub pena gratie sue et supra oculos quod deberet querere hominem et dare ipsum Gastaldioni domini Patriarche.

Item Laurencius qui erat preco Gastaldionis domini Patriarche dixit idem.

Item d. Federicus de Orzono dixit quod d. Patriarcha habet omnem dominacionem in foro sancti Quirini excepto mutam et dixit quod quidam Gus fuit interfectus quod d. Jacobus de Orzono qui erat Gastaldio d. Patriarche ivit ad forum sancti Quirini ad querendum malefactorem et alibi et Gastaldio dominorum de Vilalta dixit quod si ipsum posset alicubi reperire; quod sustineret ipsum et daret eum sibi quamvis sit homo dominorum de Vilalta.

Dal Cartaceo orig. esistente presso il Pantaleone di Moruzzo. Arch.-not. Udine

Scritto nei primi anni del 1300.

Da qualche nota degli Orzone
nel Vol III 1st.^m pag 182 e segg.

Marquardo di Orzone
|
Federico 1216

Annotazioni
per determinare l'epoca
del presente protocollo

In pergamena dell' Arch. Capit. di Cividale 1238. 30 giugno è nominato dominus Warnerius Selenca de Civitate Austrie. Vol. III Perg. — del 1243 compare in Cividale Selenca miles. Perg. III. 101

Li Gastaldi nominati di Warnera Selenca

Jacobus de Orzono miles era in Cividale nell' anno 1245 V. ecc. Julia e compare di Warnerus Selenca et Federicus de Orzono miles. M. XIII. 44 pag. 229.

Di ~~Federico~~ Giacomo di Orzono che fu marchese d'Istria (nel 1234)
altro Giacomo di Orzone q. Francesco, viveva in Cividale ~~nel 1234~~ dal 1292 al 1310.

erano vessilliferi speciali della omnimoda dominazione
Detto Giacomo di Orzone nominato qui morto nel 1293 V. Vol. XIV. Notizie pag. 229.

che esercitava il [illegible] nel foro di S. Quirino (dell'Abbazia
nominasi a diversa da la località di S. Quirino al
di qua [illegible] Pietro.

Negli spogli delle pergamene capitolari
di Cividale facilmente si troveranno i detti nomi.

[illegible] [illegible] rimarrebbe [illegible] al tempo del
Patriarca Berthold.

Marquardo di Orzone
in Engelrad + 1288 Necrol. Cap.t Civit.
1253. Morte di Giovanni figlio d. Giacomo di Orzone. 86
1285. Morte di Francesco d' Orzone. 80
1303. Morte di [illegible] di Orzone [illegible] 36.
1257 morte di [illegible] moglie di d. Federico di Orzone 56
1266, [illegible] di Riccarda moglie di Francesco di Orzone. 6
1275 [illegible] [illegible] moglie di Giacomo di Orzone
1293 Morte di Giacomo q. d. Francesco d' Orzone
1328 Morte di Francesco q. Chinda di Orzone.
1349. Morte di Felicita q. Francesco Chinda.
1301. Morte di Vannero figlio di d. Francesco di Orzone.

1249. [illegible] Febr. Obiit dna Belenda de Varnerio
Necrol. [illegible] Ord. Praedicat. de Civ.te Austriae

Cor^d (lic

Minuta di un prestito fatto dal Conte di Gorizia al Patriarca d'Aqª che gli rilascia in pegno i castelli della Meduna e di Soffumbergo, o quello di S. Steno in cambio di quello di Soffumbergo.

27.

(Pare del tempo del Patr. Bertoldo)

(Forse che sia il progetto dell'affare)

Hec sunt pacta inter dominum nostrum tractata et d. Comitem Goritie. In primis quod Dominus noster D. Patriarcha debet dare Domino Comiti XII millia florenorum;

Item pro quatuor millibus ~~florenorum~~ florenorum Dominus noster debet consignare D. Comiti pro pignore Castrum Medune cum omnibus iuribus et redditibus ad dictum Castrum pertinentibus et Dominus noster una cum suis fidelibus teneatur eum defendere et ipsum iuvare occasione dicti Castri;

Item pro quatuor millibus florenorum Dominus noster debet consignare D. Comiti Castrum Sorfumberch pro pignore cum omnibus iuribus et redditibus ad ipsum Castrum pertinentibus;

Item interim quo dictus Comes tenet illa sua Castra pro pignore Dominus noster una cum duabus Communitatibus scilicet Civitatis et Glemone teneatur ipsum D. Comitem fideliter iuvare, et pro suis denariis eidem D. Comiti ad dicta Castra victualia dare;

Item quandocumque Dominus noster consignabit D. Comiti Castrum S. Steni cum iuribus et redditibus ad dictum Castrum pertinentibus, tunc idem D. Comes teneatur Domino nostro et Communitati Civitatensi reddere Castrum Sorfumberch sine aliqua contradictione.

Item quandocumque Dominus noster et Communitas Civitatis debent ~~dare~~ eidem D. Comiti quatuor millia florenorum, tunc D. Comes teneatur eis reddere Castrum Sorfumberch sine aliqua contradictione;

Item quod Communitas Civitatensis et Communitas Glemone debent fideiubere et se obligare pro quatuor millibus florenorum tali pacto

et conditione quod elapsis sex mensibus debeant dare d. D. Comiti duo millia florenorum incipiendo a die concessionis pactorum et duo millia in fine termini;

Item si necesse ~~erit~~ esset in Castris predictis aliquid construere, tunc D. Comes debet facere cum consensu Domini nostri;

Item pro pignoratione ista D. Comes ~~valet~~ vult habere confirmationem Domini nostri et Capituli Aquilegenses et illarum duarum Communitatum scilicet Civitatis et Glemone cum litteris sigillatis eorum sigillo.

Salvo tamen ambabus partibus addendi si necesse fuerit.

Orig. cart. Arch. Not. Udine.

1254, 5 Decembre. Perugia. PP. Innocenzo IV ad aumento de' redditi del Decanato d'Aquileja, gli concede le ordinarie distribuzioni ed una delle 39 prebende. V. 1246, 4 Dec.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei Dilecto filio ... electo Aquilegensi salutem et apostolicam benedictionem. Venerabilis frater noster ..... Camerinensis Episcopus sua nobis petitione monstravit. quod cum ipse olim Decanus Aquilegensis Ecclesie. notificasset nobis tenuitatem decanatus ipsius Ecclesie utpote cuius proventus summa sex marcarum argenti annis singulis vix excedit. et petiisset de gratia cotidianas distributiones que dari consueverant uni de canonicis ipsius Ecclesie personalem in ea residentiam facientibus prefato decanatui superaddi ministrandas. tantum decano in Ecclesia residenti nos distributiones easdem concessimus decanatui supradicto. Verum dilecti filii Capitulum Aquilegense considerantes attente quod distributiones huiusmodi de singulorum prebendis vel communitate ipsorum propter inopiam nequeant sine ipsorum gravamine multo deduci nobis humiliter supplicarunt ut unam prebendam de numero prebendarum que triginta novem Aquilegensis Ecclesie fore dicuntur. non obstante statuto vel consuetudine. privilegio vel indulgentia iuramento vel confirmatione sedis apostolice aut quacumque firmitate alia roboratis memorato decanatui perpetuo annectere curaremus. In hoc igitur tibi deferre volentes. discretioni tue per apostolica scripta mandamus. quatenus super hiis auctoritate nostra disponas et ordines prout

[illegible] Uds Seit. 1878

secundum Deum utilitati eiusdem Ecclesie videris expedire; Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Datum Perusii. Nonis Decembris. Pontificatus nostri Anno nono.

Con bolla pendente.

Da copia fatta sull'originale già nell' Arch. Capit. di Agnetgia nel Vol I. Dipl. Agost. della Or. S. Flavio.

XIV

1252, 1 maggio. Parenzo. Giovanni vescovo di Parenzo a nome del Papa e del Patriarca d'Aquileja e suo, intima al Comune di Parenzo di non obbligare il territorio che tiene dalla Chiesa di Parenzo sia in comunione che diviso, sotto pena di nullità.

MSS. Fontanini, Colleg. Concina. Copia.

27

Anno Domini MCCLII, ind. X, die I intrante madio. Actum in Parentio in Ecclesia S. Mauri in solemni Missa presentibus Christoforo Abbate S. Petronille, Presbitero Luca Ecclesie S. Luce de Venetiis, Joanne Istrigo mercatore et Clero Parentino.

D. Joannes Dei gratia Parentinus Episcopus protestavit atque contradixit ex parte Dei Omnipotentis et ex parte D. Pape et D. Patriarche Aquilegensis Potestati et Consilio et Communi Parentii, ut non debeant alienare nec obligare territorium quod tenent homines de Parentio tam pro Communi quam pro diviso ab Ecclesia Parentina, secundum quod continetur in Privilegio quod bone memorie D. Eufrasii quondam Parentini Episcopi ac etiam quondam D. Bertholdi Marchionis Istrie et Ducis Meranie et si contra hec aliquis vel aliquid facerent, procederent vel processerunt, processus sit nullius valoris.

Ego Ottonellus imp. auct. Notarius interfui rogatus, scripsi et roboravi.

segue altro atto analogo
1256. 15 Gennaio

Pubbl. dal D. Vinc. Joppi
per nozze Parenta – Totto
Udine Sett. 1878

1256, 15 gennajo. Pola. Mainardo Conte di Gorizia dichiara ad Ottone Vescovo di Parenzo di non aver alcun diritto nel Castello di Orsera.

MS Fontanini Colleg. Concina. Copia.

In nomine Dei eterni amen. Anno Domini MCCLVI, indictione XV, die XV intrante januario, presentibus Dominis Videlmo Polense et Othone Petenense Episcopis, Rugerino electo Cenetense, Bernardo Preposito Sancti Odolrici, Nicolao de Lupico, Romano de Renzach, Henrico de Golpurch, Henrico Scriba Domini Dominico Plebani de Meberfain et aliis rogatis.

Ibique Dominus Otto Dei gratia Parentinus Episcopus interrogavit D. Mainhardum Comitem Goricie pro fidelitate quam sibi fecerat, si de voluntate ipsius incederet violentia quam faciebant ei D. Vodolricus de Reyssemberch et Artuicus de Parentio occasione Advocatie in Castro Orsarii. Qui idem D. Comes Meinhardus respondit se nullum ius habere in Castro Orsarii vel eius confinio nec aliquis pro ipso.

Actum Pole in Ecclesia S. Marie de Caneto feliciter.

Ego Ursus S. Aquilegensis Sedis ~~Patr~~ notarius his interfui et rogatus scripsi et signo meo roboravi.

Ego Beltramus filius q. Petri Pape Mediolanensis publicus imperiali auctoritate Notarius ab authentico exemplavi.

Friuli [?] 1252, 30 luglio. Cividale. Sentenza della Curia del Patriarca, che gli Abbati ed Abbadesse dei Monasterii, non possano, vendere, infeudare etc i beni de' loro monasterii, senza l'assenso del Patriarca,

Copia dall'Ottimo F. G. di Gio. Guerra Vol. XIII. p. 453 tratta da perg. dell'Archivio del Mon. di S. Maria in Valle

In nomine Jesu Christi amen. Anno a nativitate eius MCCLII. X indicione, die veneris penultimo exeunte iulio, apud Civitatem in Palacio Patriarchatus in presentia D. Rugerii Dei gratia Episcopi Concordiensis, D. Bartholomei Saraceni Vicarii Ven.lis Patris D. Gregorii Dei gratia Sancte Sedis Aquilegensis Electi, D. Alducis archipresbiteri de Lagissio Domini de la Turre, Archipresbiteri Paduani testium ad hoc vocatorum.

Cum Nobilis V.... de Villalta de mandato predicti Domini Aquilegensis Electi quereret in plena Curia sententiari seu iudicari utrum aliquis Abbas vel Abbatissa seu Patriarcha possent donare, vendere, alienare vel de novo infeudare aliqua de bonis Monasteriorum suorum absque consensu et voluntate Patriarche qui preesset Ecclesie Aquilegensi. Sententiatum et iudicatum fuit per Dominos Leonardum Rosacensem et Wezelem Mosacensem Abbates et D. Johannem Prepositum S. Stephani Aquilegensis, per Nobiles viros D. Hermannum de Portis, Henricum de Villalta, Johannem de Cucanea, Aquinum de Varmo et Duringum de Villalta, quod prefati Abbates et Abbatisse non possent donare, vendere, alienare vel de novo infeudare aliqua de bonis ipsorum Monasteriorum absque consensu et voluntate predicti D. Patriarche. Que sententia fuit per ipsius D. Aquilegensis Electi Curiam approbata.

Ego Johannes de Lupico sacri imperii publicus notarius hiis interfui et de mandato predicti D. Electi Aquilegensis scripsi et in publicam formam redegi. =

71

1252, 29 Agosto. Wardenberg. Bernardo Duca di Carinzia dichiara che i Signori Rodolfo di Duino, Corrado e Beachino di Mimillano non hanno alcun diritto di Avvocazia su beni del Carso donati dai suoi progenitori al Monastero di Rosazzo. Atto transunto in Cividale il 23 novembre 1261 alla presenza di Ulrico Duca di Carinzia.

In nomine domini amen. Hoc est exemplum cuiusdam privilegii Domini quondam Bernardi dei gracia ducis Carinthie sigillatum eius sigillo pendenti cereo et integro et illeso, tenor cuius talis erat.

In nomine sancte et individue trinitatis. Nos Bernardus dei gracia Dux Carinthie universis Christi fidelibus presentes litteras intuentibus salutem et memoriam rei geste. Nos qui pro remedio anime nostre loca Deo dicata sive dicanda in quantum possumus pio favore prosequimur, ad ea maxime intendimus et humiliter molimur que per progenitores nostros et nos antiquitus in prediis terris mansis alio quocumque modo fuerint beneficiata ut in suo iure permaneant et debita libertate. Hinc est quod malignitati eorum obviamus qui se per progenitores nostros sive per nos ius advocatie in bonis quibuscumque monasterio Rosacensi a nostris progenitoribus sive a nobis collatis in feudo fatentur debite possidere sicut quidam ut intelleximus videlicet Rodulfus de Dewino, Chunro et Beaquinus de Mimilano qui dicunt quod in feudo advocatiam possident in bonis illis que progenitores nostri et nos in ratihabitione in Carsto sunt collata monasterio memorato quorum etiam sunt expressa ut singulis audientibus libertatis eorum omne dubium auferatur, in Cesano videlicet, in Siriach, in Pliscuwie, in Mirschach, in Podem, in Villa Crucis, in Schpriach, in Scompo (sic) [Stopol], in Lesniz [o Lesniz], in Predra, in manso qui est in Salchach, in Utendorf, in Dobragon, in Godegnano, in Sedla, in Fontana, in Warenasch; hec singula cum omnibus eorum decaniciis et quibuslibet appendiciis et rationibus ad dictos mansos pertinentibus et in duobus mansis in monte et in villa Sancte Marie nostri

progenitores et nos libere contulimus cum advocatia, albergaria sicut nos possedimus pleno iure ipsi monasterio Rosacensi libera libertate et sine omni scrupulo aliene servitutis perpetuo possidenda et coram Deo et hominibus protestamur littera presenti quod Rodolfus, Chuno et Bragerinus et eorum progenitores seu aliqua persona qualiscumque altera in predictis possessionibus numquam a nostris progenitoribus vel etiam a nobis aliquid dominium vel advocatiam sive servicia minutissima qualiacumque recepit in feudum vel quoquo modo nostro nomine requirendi set omnia ad adservicium Abbatis et fratrum dicti monasterii dedimus pro nostra felici memoria libera voluntate et volumus et in quantum possumus nos exponimus ut idem monasterium per nos sua gaudeat debita libertate et heredibus nostris ad ipsum relinquimus conservandum presentemque cartulam in evidens testimonium libertati sue scribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari ipsi monasterio subscriptis testibus assignandam. Testes sunt Ulricus filius noster. Henricus de Silberberch. Artuicus dapifer de Chrik. Arnoldus de Havaerburch. Bertholdus de Graednich. Jacobus de Vribere. Chunradus de Pirpouen notarius noster et tota curia nostra.

Acta sunt hec anno domini millesimo CC quinquagesimo secundo indictione decima, in die decollationis sancti Johannis Babtiste.

Datum in Werdenburch per manus Bertholdi notarii nostri.

Ego Conradus imperialis auctoritate notarius supradictum privilegium vidi legi tenui et auscultavi et scripsi de mandato mihi facto per D. Wolricum Dei gratia illustrem ducem Carinthie, signum meum apponens

nil addens vel minuens quod ipsius privilegii mutet senteciam sive sensum. Actum in Austria Civitate in domo D. Beringerii prepositi sancti Wolrici anno domini mill. CC. sexagesimo primo, indicione quarta, die octavo exeunte Novembre presentibus dominis Berengario preposito Sancti Ulrici, Ludovico archidiacono Marchie Carniole, Rodilino milite Laybacensi, Johanne de Cucania, Conone de Murugio, Wernerio et Wilelmo Gastaldione de Loch, Henrico de Nels, Gerardino et Henrico Tasotto Civitatensi et aliis pluribus.

S. N.

Arch di Stato, Vienna

1252? Il Cardinale Legato Ottaviano degli Ubaldini nomina B. di Soissons a collettore delle procurazioni nel Friuli.

B. canonico Suessoniensi XX.

Cum de tua fideli diligentia, cui testimonium acceptabile perhibetur confidamus, discretioni tue qua fungimur auctoritate mandamus, quatenus procurationes nobis in Foro Julii exibendas sollicitius colligens, eas nobis cures per securum nuncium quam citius destinare, contradictores et cetera; in illis partibus pro nostris negociis donec de nostra voluntate processerit moraturus; nec inde discedas nisi tibi demus specialiter in mandatis.

fol. 179

1252. Il cardinale Ottaviano degli Ubaldini legato apostolico in Lombardia, consiglia Gregorio da Montelongo, eletto patriarca di Aquileja, che nelle sue strettezze invii più solenni nunzii al papa. Gli promette aiuto e favore. Accenna ad Ezzelino da Romano.

Electo Aquilegensi (1) Salut. XVI

De vestris dolentes angustiis que insurgunt, vestre sinceritati compatimur, quam tot adversitatis flatibus conventi cernimus et turbari. fatemur verius quia si nostris affectibus optati effectus possibilitas responderet, perflaret aura gratior et amici desideriis bona nuncians, nec cederet festinatus. Bononiensi siquidem archidiacono absenti, post vestras receptas litteras, nostras statim duximus destinandas, rogantes eundem ut ad nos accederet, cui loqui super hiis que nobis fuerant in vestrum servitium volebamus. set ipse nescimus quibus detentus negociis nondum venit. consulimus autem vobis ut ad summi pontificis et fratrum ipsius presentiam cum vestris litteris magis sollempnes nuncios destinetis, eos ut per nos transitum faciant admonentes. proponimus enim eisdem pro vobis nostras dare litteras et in hiis consilium et auxilium impendere que vestrum honorem respiciant, et ad vestram utilitatem et commodum, ut optamus pariter debeant provenire. ad curiam vero, sicut credimus, citius accedemus, ubi vestra negotia magis et plenius presentes verbo et opere quam absentes poterimus, suffragante nobis divino auxilio, iuxta vestre intentionis desiderium promovere. super hiis que nobis misistis de facto Ecelini, intendimus sicut fuerit faciendum. si qua vero alia nos vultis facturos, ea nobis fiducialiter intimetis, quia parati sumus ad omnia que vestrum respiciant commodum et honorem.

Registri del cardinale Ottaviano degli Ubaldini.
Roma, 1890 fol. 175

1) Gregorio da Montelongo, eletto con bolla del 29 settembre 1251 [Ughelli, Italia Sacra V, 92], venne in Aquileja il 13 gennajo 1252.

1252 (agosto). Il .. di .. Ottaviano degli Ubaldini legato apostolico in Lombardia esorta l'eletto patriarca di Aquileja Gregorio da Montelongo a soddisfare senza altro indugio i debiti, pei quali il cardinale riceveva gravi sollecitazioni e molestie dai creditori.

Electo Aquilegensi 1.) Sett. XVII.

(1) Quantum vos ex cordis intimis diligamus vestra prudentia non ignorat. parati siquidem sumus penas portare pro vobis, sicut expedire credimus, ex prompte voluntatis arbitrio graviores. sed impossibilitatis denegat quod affectus promptior persuadat. plurimis oneribus aggravati cum nobis et expedit sufficere non possumus, mirari non debetis, si vestra et nostra onera nequeamus iuxta vestri vota desiderii supportare. ecce vestras continuatas litteras spem satisfactionis debite pollicentes clamose instantie ostendimus creditorum, qui multiplicatas promissiones fructu solutionis vacuas cogitantes, gravius premuntur, cum hoc differri diutius videatur quod iuxta spei date fiduciam citius debebatur. sicut enim nostis, noster nuncius iam per novem menses sub expectatione tenetur ....

... igitur vestra valorus paternitas, ut tenetur, quod sic vobis providaatur et nobis et suspensa tamdiu cum plurimorum afflictione multiplici solutio intercedat, que utrosque a clamoribus et iudiciis expediens creditorum liberiores constituat, et alios reddat ad impendenda nobis obsequia cum oportunum fuerit promptiores. Ad vos autem ..... archipresbyterum, nostrum clericum, duximus destinandum, ibidem usque ad festum Sancti Michaelis proximum 2) moraturum, ut a vobis recipiat quod speramus vos prout tenemini integre soluturos. alioquin, licet cum nostro gravamine, quod ferre non valebimus, revertetur

1) Innocenzo IV addì 25 agosto 1250, esortando le chiese d'Ungheria a concedere, fin che duri la guerra, una sovvenzione di 2000 marche a Bertoldo patriarca di Aquileia, così dipinge le condizioni di questa Chiesa = ... inter ceteris orbis prelatos venerabilis frater noster patriarcha Aquilegiensis ipse ecclesie velud devotus antistes specialiter assistit et constanter eius hostibus resistendo ...... ad horum siquidem malignos conatus resistentis viriliter reprimendos idem patriarcha viriliter se accingens, maximos et inevitabiles sumptus incurrit, propter quod cum Ecclesie sue non suppetant facultates, magna et gravia debita de necessitate contraxit, a quorum onere ne deprimetur Aquilegiensis Ecclesia, sicut fertur, que eius proventibus ad solutionem sufficiunt superexcrescentium usurarum = (2) — Gregorio ereditò dal predecessore questo cumulo

(1). Berger. Les Régistres de Innocent IV. N. 4863

di debiti, e dovè farne de' nuovi ricorrendo al credito de' banchieri toscani, intermediarie, come sembra fideiussore il cardinal Ubaldini. L'Archivio di Stato di Firenze [Diplomatico, R. Acquisto Ricci] conserva alcuni atti, con cui così Bertoldo (25 gennajo 1250), come Gregorio (22 giugno ed 8 luglio 1253) venderono a mercanti senesi provventi di certi dazi

1252. Reclami del capitolo di Cividale al Patriarca ~~Bertoldo~~ Gregorio contro alcuni che gli recavano danni.

Ad vos patrem et dominum piissimum ac totius cleri verum defensorem nos
dudum filii vestri Civitatensis Capituli venimus pro multis malis et defectibus nobis
incumbentibus conquerentes quatenus Deum pre oculis habentes et ad nostram devotionem
respicientes supra his consilium et auxilium vestrum nobis largiri dignemini. Primo
loco conquerimur quod Rizardus quondam plebanus Faganee qui propter
evidentem traditorem totius terre privatus fuit suis ~~[illegible]~~ beneficiis per D. Patriarcham
pie memorie et hoc per confirmationem domini Pape roboratum, nos impu-
gnare non desinit et gravare supra ecclesia Faganee quam nobis contulit pius
pater iam dictus venerabilis Patriarcha.
Item conquerimus quod quidam Otto tenens possessiones nostras sub certo censu
cuiusdam pecunie tali tenore, quod si in prefixo sibi termine talem censum
solvere negligeret ab omni iure suo huius terre caderet, ille tamen licet non
solvisset ut debuit in termino nostras violenter detinet possessiones et
devastat.
Item D. Bergonia vester ministerialis detinet nobis mansum violenter quod quedam
uber defuncta Cesara nomine in testamento suo indicavit ut ex illo
pauperes in ipsius debeant pasci speciali elemosina.
Item quidam Nicolaus miles Comitis gravat et gravavit nos multis annis supra
quibusdam possessionibus quas sibi advocacie nomine vendicavit contra
Deum et iustitiam cum nos in eisdem possessionibus veris sitis advocatus
adhuc retinendo nobis danda .... [illegible].... aliis possessionibus nostris
Item cum in testamentis mortuorum magna quantitas pecuniarum ecclesie
nostre per ipsos morientes sit adiudicata, vel paucos vel nullos numquam denarios

ab heredibus illorum aut fideiussoribus habere potuimus.

Item Henricus de Strasout violenter detinet nobis molendinum unde singulis annis recipere debemus mensuras XX. et ultra.

Item quidam Spanellus nomine servitor Comitis armenta nostra violenter accepit et in nostris possessionibus saepius nos gravavit.

Item alter servitor eiusdem Comitis de Braticul nos gravat in aliis possessionibus, cum supra hiis peteremus satisfactionem a Comite per multos nuncios nos gratiam, nec iustitiam consequi poteramus.

Item cum venerabilis Patriarcha felicis memoriae diu obtinuit precibus per dominum Apostolicum ... vexationibus provisionum huc et inde nos molestantium de cetero quiescere debeamus supplicamus vestrae paternitati ut ab infestationibus illorum nos auctoritate apostolica eripere dignaremini.

Item de facto Praepositurae et proventuum de Saffonibus, de porcis et aliis defectibus, de officiis claustri ... nobis servitiis nostris

quorum omnis intelligere detis nobis conservationem

satisfaciat et iustitiam exhibeat, qua nullum modum valuit

Item D. Henricus de Gallano commorans supra Castro Patriarchatus ... ... vaccas quas et praepositurae quos nobis pro administratione praebendarum dandi erant ... inter praedecessorem vestrum ... de Faganea post concordium factum

et Cane tem Otaleos ... una nocte omnia quae habebamus in Cornozano.

D. Cono de Murucio abstulit ... massario nostro de Orsaria omnia animalia quae habebat.

D. Radus de Gallano detinet nobis campum nostrum

Cum usurarii, adulteri et alii se opponentes ecclesiasticis mandatis quos ad condigna ... pene occasione Archidiaconatus compellere teneamur satisfacere et tenentur nolentes dilatione vilipenderunt, petimus quatenus Potestatibus et Gastaldionibus Civitatensibus scribere dignemini contra memoratos per temporalia ... ad satisfactionem compellantur.

Perg. orig. Arch. Capit. di Cividale Vol. IV. pag. 98.

1253 circa) Cividale. Reclami del Capitolo di Cividale contro varii nobili ed il Decano e Preposito stesso del Capitolo per violenze ed usurpi.

Reclamationes de D. Mizulo et de aliis. (tergo)

D. Mizolus inuriatur nobis super villa de Biarcio in qua ius advocatie sibi vendicat et nichil iuris in ea habet preter decimam.

Item idem Mizolus posuit et locavit mansum unum in Comunitate de Candallis que villa pertinet ad custodiam Ecclesie ratione cuius mansi Villa amittit pastura et cetera iura sua.

Item idem Mizolus amputavit pedem cuiusdam rustici eiusdem Ville a quo licet processissent multe querimonie nunquam rationem inde habere potuimus, pro quo rustico vestrum mandatum iuravimus nec hoc nobis in aliquo profuit.

Item idem Mizolus imponit rusticis nostris de Biarcio hospicia, Xenxenia et fecit quemdam vestrum servum de Antro Henricum nomine Gastaldionem super eadem Villa qui extorquet ligna absque agros gallinas et cetera que ipsi placet et facit multociens in anno.

Item idem Mizolus excidit silvam nostram de Pradelis totaliter et ligna omnia exportavit.

Item idem Mizolus subegit rusticos nostros de Fallaon servituti sue in dampnum nostrum et Ecclesie, nec rustici audent hoc conqueri propter eius timorem.

Item conquerimus de D. Bragonia de Speninberch qui mansum unum situm in Villa de Camino qui Domina Cesara de possessione sua dimisit Ecclesie libere nullo contradicente cuius usufructus de singulis in anniversario eiusdem dari pauperibus abstulit et detinet violenter quod vobis multociens conquesti sumus nec ius inde potuimus optinere.

Item conquerimus de D. Pabilino qui mansus qui frater suus Dietmarus dimisit Ecclesie de possessione Ecclesie abstulit.

Item D. Marius de Villalta quam terram Ecclesie sitam in Zucula iuxta Ecclesiam Sancti Mauri que Ecclesia multo tempore in pace possedit.

Item conquerimus de D. Hermanno de Portis qui occupavit terram

nostram Itam in Gucula de quo confessus fuit coram vobis nullum ius habere et illam nobis nunc detinet violenter.

Item conquerimus de Decano qui quendam mansum in Baltinico quem habet in feudo personaliter ab Ecclesia nostra non sunt de dando intendit alienare ab Ecclesia.

Item idem Decanus ammonitus per nuncium vestrum vicedominum et per nos ut libros Ecclesie quos habet et privilegia et alias possessiones quas personaliter habere debet recognosceret Ecclesie ad hoc induci non potest.

Item Boninus de Tollano cum Iohanne filio suo usurpavit sibi dimidium mansum in Tollano et alias terras et prata que omnia contra iustitiam nobis detinet violenter.

Item vobis de vobis conquerimus quod detinetis nobis prebendas nostras que in coquina dantur de pasca usque ad aliud pasca.

Item conquerimus de Domina Cosa que intulit nobis et adhuc infert violentiam de quadam domo in Civitate occasione cuius nostris canonicis censum amisimus.

36

Anno 1253.

1. Maggio, Indizione XI. Isola.

I Consoli d' Isola rilasciano mandato di procura per intervenire in causa contro la Badessa del Monastero di S. Maria d' Aquileja.

(Da Carta originale).

In nomine Domini Amen. Anno a nativitate ejusdem millesimo ducentesimo quinquagesimo tercio, undecima Indictione. Die primo intrante madio in Palacio Comunis Ysule, in generali consilio per preconem comunis congregato.

Presentibus Wecelo Assaldi. Walteramo Simonis et Nicolao Firadi camerario Comunis et aliis. Johannes Boncinius Walteramus de Businus et Walteramus Ursi. Consulles Ynsule. De voluntate et consensu majoris et minoris Consilii, fecerunt et constituerunt. Venerium Paisane et Menardum Nastasie, suos certos Nuncios sindicos auctores et Procuratores, in causa que vertitur inter Dominam Abbatissam Monasterii Sancte Marie de Aquilegia, et comune terre Ysule coram domino Gregorio de Montelongo Sancte Sedis Aquilegiensis ellectus Patriarcha atque Marchionis Ystrie. Quod quidquid dicti Nuncii Sindici Auctores et procuratores super hoc fecerint concordio sive rationem sententiam definitivam quam interlocutoriam audiendam, testes introducendo, replicando, sive apellando in omnia et singula que dicti negotii sive cause opportunum fecerit quam quidquid dicti Nuncii sindici auctores et procuratores super hoc fecerint predicti consullis de voluntate et consensu majoris et minoris consilii promiserunt firmos habentes et non contra venire omnino ullo artichulo contradicent etc.

Ego *Adelardus* Ysule Notarius hiis interfui, et ut predicitur jussu dictorum consulum scripsi et roboravi.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE

1253. Cividale. Possessi e redditi della Prepositura di Cividale

37

Anno domini M.CC.LIII.

Iste sunt possessiones et proventus quas et quos Prepositura Civitatensis olim obtinuit in Carnea.

In Fusea et in Lauco a decaniis proveniunt Ecclesie Civitatensi .x. oves cum lacte singulis annis. et in Comuni de Fusea iij oves cum lacte de parte.

Item in Lauco a Comunitate loci eiusdem .viiii. oves cum lacte pro precibus.

Item in Fusea .vi. agnos. et. viii roccos de parte. et .vi. bestias pro coquina in autumpno et ii. manzias. Item. XXIII. vinteras casei. Item. XLIIII. denarios pro defectu casei. qui denarii solvuntur in Nativitate. Item. XX. denarios de alodio. et. XII. denarios de falce.

Item in Lauco. VIII agnos et. VIIII roccos de parte Maii. Item de ficto autumpni XVII. bestias 1. anno et alio XVIII. ad coquinam et IIII. manzias singulis annis in Nativitate et in Carnisprivio. et. XLVII. vinteras casei qui debetur in festo S. Michaelis et. XII. libras denariorum et dimidiam que solvuntur in Nativitate.

Item dimidiam marcham denar. et dimidiam de prato Node que in Nativitate debetur. Item. XXXVI. den. de falce. Item .1. marcham et. XV. libr. denar. de decima de Nogariis. Item dimidiam marcham denar, que pervenit de Nimons. Item. XVIII. den. de pratis novis que solvuntur tantummodo quinto anno et hoc anno debent solvi. Item. V. caseos sed quanti debeant esse ignoratur. Item de calderariis aliquando plures casei sint node crescunt et decrescunt. Item de calderariis montis Vinarie aliquando. III. vel plures casei sint node crescunt et decrescunt.

Censuata est decima de Nogariis Henrico decano de Carnea pro duabus marchis minus .XL. den. die .VI. intrante Julio per decanum et Capitulum usque ad .V annos.

Item in Fusea ad .LX. equos feramenta de quibus debentur decano loci ad. X. equos que censuata sunt pro anno presenti in. c. den. preter feramenta decani.

Isti sunt de Pisino de familia Capituli Civitatensis

Odoricus decanus
Aldinus iuratus de Curtello
Salamonus preco
Odoricus dictus Carnal
Grilus
Iacobus dictus Tandon
Almingerius
Morassuttus filius Tome
Iohannes de Pin
Pichinus de Ayen filius Mathei.

Mansus Varnandi et Iohannis fratris eius solvit III modiales frumenti. X. sextarios annone. II. sext. milei. III. pisonales pisti et unum pisonale fabe. III. congios vini. III. libr. denar. I. ovem ad coquinam. IIII galinas. et. XL. ova. III. decenas lini et. I cissum senapie et dimidium currum feni. II. denarios trituratoribus et decimam animalium.

Mansus Iohannis Tandonis solvit tantundem.
" Iacobi de Curtello , ,
Martini Fossan , ,
Petri filii sacerdotis , ,
Iohannis Serodin , ,
filii Pagani , ,
Petri filii floriani , ,
Portelane , ,
Pizoli filii Mathei , ,
Almingeri filii Tome , ,

Mansus Pizoli filii Leucardis solvit. III. modiales frumenti. VI. sextaria millei. II. pisonales pisti et. I. pisonale fabe. III. congia vini. III. decenas lini et. I. cissum sinapii. III. libr. den. medium currum feni. II. den. trituratoribus. I. ovem et dimidiam in coquinam. IIII galinas et. XL. ova.

Mansus Puriet solvit tantundem

" Henrici filii Bonelli solvit tantundem.

Mansus Blanconis filii Martini solvit tantundem minus .1. centarium milei.

" Odolrici Pagani solvit tantundem quantum mansus Pizoli filii et

.1. currum feni cum socio ad nodam Leucardis.

Mansus Morasii filii Tome solvit tantundem.

" Stephani filii Salomonis et .1. currum feni ad nodam.

" Pisani jurati solvit tantundem et .1. currum feni ad nodam.

" Accasii filii Golfridi solvit tantundem et .1. currum feni ad nodam.

" Tome Madron solvit tantundem et .1. currum feni ad nodam.

" Petri Puppan solvit tantundem

" Morasii filii Marini solvit tantundem et .1. currum feni ad nodam.

" Floriani filii Magnardi solvit tantundem et .1. currum feni ad nodam.

" Marini cum sociis solvit tantundem et .1. currum feni ad nodam.

Summa milei LXXXVII Staria ad mensuram capituli et XVII Staria ad

mensuram Fori absque nullum carraticum.

Mansus Brotti Vernardi solvit tantundem.

" Jordani solvit tantundem et .1. currum feni ad nodam

" Pelegrini filii Wolframi solvit tantundem

" Pizoli Gagon " "

" Genonis de capite " "

" Rosani Masini solvit tantundem et .1. currum feni ad nodam.

" Silvestri filii Domenici solvit tantundem.

" Merci dicti Rulie solvit tantundem et .1. currum feni ad nodam.

" Golfridi fabris (sic) solvit tantundem

" Fuschini filii Romani solvit tantundem et .1. currum feni ad nodam.

" Dominici filii Rosoline solvit tantundem

" Richari solvit tantundem et .1. currum feni ad nodam.

Mansus Hermanni de Cungis solvit tantundem. et. I. currum feni ad nodanum
" Martini Marie
" Leonardi filii Risonis solvit tantundem.
" Wolrici Carnal solvit. II. modiales frumenti. V. sextarios annone
. I. sextarium milei. II. congia pistonales vini. III. pistonales pisi. I. pistonale fabe. III. dacinas lini. et. I. ciffum sinapii. III. libras denar. et decimam animalium. II. galinas et. XX. ova et medium currum feni. I. den. trituratoribus

Item. Wolricus Carnal et Marinus solvunt de. V. agris Valsela. IIII. sextarios frumenti ad mensuram qua solvitur annona et debet mensura radi et. IIII. sextarios annone.

Isti defectus .... qui debent solvi a Preposito.

.... Mansos et dimidium quolibet pro XL den. Capiunt. I. mansum et dimidium et. XX. den.
Item XXXVIII. Bassones, quolibet pro VI. den.
Item. II. porcos qui deberent dari die iovis et die sabbati ante carnisprivium quolibet pro XL den.

Item. XII. congios vini pro compos(tio?) o composito.
Item sinapium et rapas pro composito.
Item sinapium supra fabis
Item qualibet die in quadragesima. VI. gaffe vini (...) ad faciendum sinapium supra fabis quod ... debet recipi de vase familie. et nota quod debent poni
. LXVI. congia vini pistonalia in cellario pro familia et pro solvendis illis. VI. gaffis
Item in. XVII. festivitatibus. LXXXV. agnos videlicet. V. agni pro festo, quolibet pro VI. denarios
Item. XXIII. bestie quolibet pro. X. den.
Item de duobus mansis de Carnea. VIIII. libras

Item de denariis vinitorum . L. den.

Item pro porcellis pistrini . VIII. libras.

Item pro piscibus in Sancto Hellaro . I. marcham.

Item de tribus festis . VIIII. bestias.

Item . XXIII. uncatas pro I. denario.

Cadubrinus debet . XIII. libr. den. pro . II. [illegible] frumenti datis bone memorie D. B. Patriarche de prebenda D. Ottonis de Castilerio.

Magister Ansalmus . I marcham et . II. prisianos (sic).

Johannes Barateriis debet reddere rationem de quartisio Toriani et de Masarolis . II. annorum.

Idem Johannes et B. Bilinus habuerunt . XII. libr. den. de Tolyano que ipsis date fuerunt pro quadam honorancia Capituli.

Item debeo citare Ottonem de Collovatio, Zampam et Albertum ad presentiam D. Electi Cenetensis

Item quod calix qui est obligatus pro Cadubrino redimatur

Item quod exigatur pecunia quam D. Tergestinus tenetur reddere Capitulo pro calicibus et decreto.

Item de curia Cervi et de m... post Capitulum debeo esse....

Item debemus solvere . XV. marchas pro argento pugliti (sic) et pro anima Wolrici Sirii.

Item debemus convenire D. Hermannum de Portis super quadam vinea de Zucula et aliis rebus.

Item convenire debemus Regnardum filium Zuanne pro quadam alia vinea.

Item Renaldussium pro terra de Rhessino.

Item de buccis dandis primo Sabati mensis pro Salveregina cantanda.

Item Barateriis tenet vinum et frumentum quod dare tenetur tamen venicas contra iuramentum.

Henricus de Buia non solvit vinum.

Martinus Ribeus penam non solvit. I. congium pistorale.

Debet precipere Gastaldioni quod faciat habere residentes. III. caseos ligneorum pro qualibet et galinas et ova sicut contingit quemlibet.
Item quod filii Scrigolini et Bertoldus de Fagedis emant terram que possit bene solvere bocium. I. vini pro curia ad nos pertinente ante domos suas.
Leonardus presbiter de Carreto dedit vadiam michi et Capitulo super omnibus defectibus habitis in possessionibus quas tenebat nobis. Walconus erat fideiussor.

Item diffiniat qui canonici debent esse presentes.
Item quod taxetur quantum debeant habere Mansionarii et unde et taxentur pecunie per aliquem fidelem de Capitulo et cotidie distribuantur mansionariis predictis venientibus ad divina et quantum debeant habere in matutinis, missa et vesperis.
Item quod ille de Castillerio denuncietur vel Vicarius si non fuerit eum denunciare excomunicatum.
Item quod mittatur pro officialibus olim Prepositure et inquiratur ab eis accepto iuramento fidelitatis ubi sunt terre officiorum et quante sunt et quos habent eas.

Corr. Corr.

Archivio Capitolare di Cividale Vol. V. Pergam. 6.

VI

1254, 3 Gennajo Cividale Rinaldo decano a nome del Capitolo di Cividale investe il Comune di Rizano di una selva presso detta Villa per 50 Staja di frumento all'anno.

A. D. MCC. LIIII. ind. XII. tertio die intrante Januario. in Civitate Austria ante Ecclesiam S. Donati. in presentia dominorum Johannis Reynardi. Leupoldi. Gandomoni. Roberti canonicorum Civitatensium, Corradi Boyani. Leonardi filii Gerdrudis, Johannis de Rica. Wariendi Leonardi. Petri. Fuschini. Rizani Masini de Rizano et aliorum.

D. Reynaldus Decanus Ecclesie Civitatensis per se et Capitulo Civitatense contulit et investivit Aldinum de Caltello et Rizanum de Plaza iuratos de predicta Villa de Rizano recipientes pro se et communitate totius predicte Ville de Rizano in perpetuum de sylva de Rizano. ita quod communitas ipsius Ville teneatur solvere annuatim quinquaginta sextarios frumenti nomine census predicto Capitulo Civitatensi rasatos ad rectam mensuram Civitatis illo tempore quando solvitur census et debere conducere dictum granum Civitatem ad voluntatem Canonicorum. excepto manso D. Oddorici militis. et manso de Brida qui non debeant participare de dicta sylva. Itaquod dicta communitas non possit unquam dimittere dictam sylvam nec resignare dicto Capitulo nec Capitulum possit unquam auferre ipsam sylvam prefate communitati de Rizano. et sic utraque pars promisit per stipulationem alteri parti omnia supradicta in perpetuum firma et incorrupta tenere et observare sub pena decem marcharum aquilegensis monete et omnium expensarum et damnorum inde factarum et habitorum. qua soluta vel non parti observanti pactum contractum nichilominus in sua permaneat firmitate. Et sic datus est nuncius ponendi in tenutam et corporalem possessionem. Additum etiam fuit quod si aliquis Prepositus Civitatensis veniret et obtineret Preposituram Civitatensem tunc omnia supradicta sint cassa et vana et nullius roboris habeant firmitatis.

Ego Magister Anselmus imperialis aule Notarius interfui et hanc cartam rogatus scripsi et roboravi.

Arch. Capit. di Cividale Tom. V. pag. 42.

1254, 18 maggio. Udine. Gregorio Patr. d'Aquileja scrive al suo Gastaldo di Maniago di non far giustizia in Claut e Cimolais soggetti all'Abate di Sesto

37

t. C LXXIII Varia fontanini, p. 155 Bibl. S. Dan.

[illegible] Electus [illegible] de Maniaco dilecto [illegible] [illegible]

[illegible] de [illegible] in loco [illegible] de Claudo [illegible] abbatie de Sexto [illegible]

[illegible]

Datum Utini XIIII exeunte Madii, XII indictione [illegible] nomine anno domini MCCLIIII. [illegible] de Sexto Abbas [illegible] presentibus [illegible] Bartholomeo [illegible] Ulderico et [illegible] omnibus de [illegible] sacerdote [illegible] de [illegible] et D. [illegible]

L. [illegible] [illegible] Gill[illegible] D Patriarcha litteram
[illegible] D Patriarche in hunc modum.

1254. 26 giugno. Cividale —

4

1254 26 GIUGNO CIVIDALE.

Diritti sulla fiera di S. Quirino assicurati dal Patriarca ad Enrico di Villalta

Iohannes de Lupico Can. P.

In Christi nomine amen. Anno a Nativitate ejusdem MCCLIV. XII indictione, apud Civitatem Austriam in palatio Patriarchatus, die quinto exeunte Junio. Presentibus D. Henrico de Castiliro, Petrusso notario de Civitate et Rogerino de Mediolano Hostiario venerabilis patris D Gregorii Dei gratia S. Sedis Aquilegensis Electi testibus et aliis in presentia etiam predicti D. Aquilegensis Electi. Iohannes filius quondam Raynaudi de Brayda Castaldio Civitatensis cum consensu et mandato predicti D Aquilegensis Electi guadiavit nobili viro D. Henrico de Villalta satisfacere de violentia sibi illata per ipsum Iohannem super possessione fori s. Quirini reddita eidem D Henrico per predictum D. Aquilegensem Electum sicut continetur in quodam publico instrumento confecto per manum mei Iohannis de Lupico vicarii, pro qua guadia et satisfactione facienda eidem D. Henrico de Villalta a predicto Iohanne, nominatus D. Aquilegensis electus extitit fidejussor, dicens idem D Electus predicto Castaldioni quod secure daret guadiam illam D. Henrico predicto quia nolebat quod predicta violentia facta dicto D. Henrico per Castaldionem predictum deberet eidem D. Henrico in posterum in aliquo prejudicium generare.

Ego Ioannes de Lupico Sacri Imperii
publicus Notarius his omnibus presens interfui et rogatus scripsi in formam publicam reducendo

BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE

UDINE

TIPOGRAFIA DOMENICO DEL BIANCO

1898

AD

ANTONIO ORSETTI

IL GIORNO DELLE SUE NOZZE

COLLA SIGNORINA

ADELE BARBIERI

Caro Amico,

a Te e alla Gentile che, per venire ad amarti in Udine, abbandona la sua Brescia natìa, auguro possiate essere felici sempre, come oggi, concedendone a voi il diritto le egregie doti e le molte cristiane virtù, onde sono adorni i vostri animi eletti: doti e virtù le quali se voi riuscirete a trasfondere pure nei figli, che presto vi allieteranno l'esistenza, proverete l'ineffabile compiacenza di aver adempiuto al maggiore dei vostri doveri.

Gradite insieme questo piccolo attestato dell'amicizia che vi professo.

Udine, 21 maggio 1898

Dott. F. Musoni.

BIBLIOTECA

Questo documento che devo alla gentilezza del cav. dott. Vincenzo Joppi, chiarissimo raccoglitore e ordinatore delle nostre patrie memorie, fa parte delle pergamene della collezione Pirona della Civica Biblioteca d'Udine. Contiene un atto col quale nell'anno 1254 dal Patriarca aquileiese Gregorio vengono assicurati a Enrico di Villalta i diritti sopra la fiera di S. Quirino: diritti dei quali ci è fatta pure menzione in un secondo atto, di poco posteriore (1262), redatto dal notaio Leonardo di Cividale e compreso nella medesima collezione, con cui il Gastaldo cividalese Enrico di Tricesimo promette di restituire al suddetto Villalta le multe esatte per la custodia della fiera stessa. Il San Quirino, accennato in entrambi i documenti, è l'antica chiesetta di questo nome, tuttora esistente, presso San Pietro al Natisone, sul cui piazzale soleva più tardi, sotto il dominio della Serenissima, radunarsi l'Arengo delle due convalli d'Antro e di Merso. Ciò risulta dal fatto che i Villalta fruivano di molti altri diritti e possessioni nelle montagne sopra Cividale, e che quasi un secolo più tardi, nel 1342, il Patriarca Beltrando fece ricompera da Francesco e Rambaldo di Lodovico di Cavoriaco (ramo della famiglia Villalta) della Giurisdizione e del Garito del predetto mercato di S. Quirino, cui ad utile maggiore congiunse tosto alla Gastaldia d'Antro. (Manzano, *Annali*, V. p. 13). Fin dal 1254, adunque, aveva luogo presso S. Pietro al Natisone una fiera senza dubbio di qualche importanza, se i diritti su essa erano ambiti dai Cividalesi.

1254. 11 Settembre Udine Mainardo Conte di Gorizia investe D. Anziò di Ragogna della Villa di Villanova presso Pordenone.

A. D. MCCL quarto. indictione XII. die veneris intrante Septembri. in presentia istorum rogatorum testium videlicet d. Gregorii dei et apostolica gratia sancte sedis Aquilegensis electi. d. Rugerini electi Cenete. d. Alberti vicedomini d. Patriarche. d. Perengerii prepositi sancti Odorici. d. Randolfi de Villalta. d. Aquini de Varmo. d. Coni de Moruzio. d. Johannis de Cucagna. d. Warnerii de Ragonia. Ivone de Portunaonis et aliis pluribus.

Dominus Meinhardus Comes Goricie de sua tenuta investivit d. Agnicium de Regonia ad rectum et legale feudum secundum morem domini Aquilegensis et consuetudinem Forijulii de tota Villa Ville nove que iacet apud Portunaonis a parte inferiori et hoc modo ei investivit ad rectum et legale feudum ut ammodo dictum d. Agnicium et sui heredes habeant et teneant et possideant dictam Villam cum omnibus suis iuribus. cum introitu et exitu. cum viis. andatis 1). cum campis pratis fossatis silvis ristibus hominibus piscacionibus (sic) venacionibus piscacionibus capulo pasculo amplis aluvionibus et cum omnibus aliis dominacionibus districtis quam habet in se et ipse erat visus habere et tenere et possidere. a celo usque ad abissum integre pertinentibus et quod possint predictam Villam cum omnibus suis iuribus vendere donare alienare feudare pignore obligare et quidquid voluerit facere vel melius visum sibi fuerit. sine contradicione et peticione predicti d. Meynhardi Comitis nec suorum heredum vel aliarum personarum pro eo et ibi presens prelibatum d. Meynhardum Comitem dedit dictum Ivonem testem nuncium ut poneret predictum d. Agnicium in tenutam et in possessionem de dicta Villa cum omnibus suis iuribus prout ius

eosdem jugales in expensis suis nobis annis. De qui-bus

recti et legalis feudi exigit et constituit pro eo possidere donec in tenutam et in possessionem intrabit. Proinde namque predictus d. Meynhardus Comes per se suosque heredes cum expensis et obligacionibus omnium suorum bonorum presencium et futurorum ipso d. Aycio suisque heredibus in pena duarum millia librarum denariorum, secundum quod dicta Villa cum omnibus suis iuribus non valeret vel pro alio tempore meliorata fuerit sub extimacione bonorum hominum in consimili loco ab omni homine et persona et ab omni parte ad curiam et ad terminum suis expensariis (sic) in racione varentare et defendere et autorizare, quod si facere nequerit aut noluerit pena contradicta eidem d. Aycio (et) suis heredibus solvere teneatur, pena quoque soluta vel restauracionis talis feudi ut superius legitur firmum (sic) prestabit.
Actum in Utino in palacio domini Patriarche.
Ego Leonhardus d. Imperatoris notarius interfui rogatus scripsi.

Da copia nel cod. 447 f. 29. Arch. di Stato Vienna.

1254 (circa) .... L. vescovo di Agria chiede a Renaldo decano del Capitolo di Cividale di dar ajuto ed appoggio ai suoi nunzj.

(extra) Renaldo decano Civitatensi.

L. Dei gratia Agriensis Episcopus karissimo amico suo R. decano Civitatensi mutue amicicie constanciam. Cum de vestra amicicia iam dudum contracta et ad plenum nobis exhibita plurimum confidamus, a vestra ~~(augere)~~ discrecionis probitate requirimus ~~requirimus~~ ex affectu quatenus intuitu nostre peticionis et amicicie nunciis nostris latoribus presencium consilium nostrum et auxilium in quibus ad vos recursum habuerint impendere velitis. Scientes pro certo quod quicquid ipsis nostro nomine feceritis nobis fecisse reputabimus et vobis tenebimus ad taliones.

o augere discrecionis

Arch. Capit. di Cividale. Vol. V. perg. 15.

eandem singulas in expensis suis tribus annis. Et qui-
bus

1255, 12 settembre. Cividale nella ch. di S. Maria di Corte. Matrimonio di ... Federico di Andrea di Gomplica con Szila figlia di Carlo di Cividale.

- - - - - - - - Nativitate millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, Indictione tertia decima, die Dominico duodecimo intrante Septembris, In Civitate in Ecclesia Sanctae Mariae de Curte. Praesentibus Dnis - - - - - de Cellea Vice-domino Dni Patriarchae, Conrado de Brazaco Canonico Aquilegensi, Guarnerio Scolastico Civitatensi, Bernardo de Sacile, Hermanno de Portis, Aquino et Federico fratribus de Caveno, Candidoto olim de Glemona Joanne filio Dnae Beringerae Cosino fratre Nodini, Galangano, Jacobo Noravijs Civitatensibus, et Tephulino, ac Stephino Utinensibus - - - - - Federicus filius olim Dni Henrici de Gomplica semel, secundo et tertio per verba de praesenti laudavit Szilam filiam Caroli Civitatensi in Uxorem legittimam secundum usum et consuetudinem Ecclesiae Romanae et terrae Forijulij, et eadem Szila e converso semel, secundo, et tertio per verba de praesenti secundum usum, et consuetudinem antedictam laudavit dictum Federicum in Maritum legittimum, ipso Federico eandem Szilam quodam annulo subarrante. Ubi ante contractum matrimonium - - - Caroli Pater Szilae vadiavit, et dare promisit nomine Dotis - - - - - Federico iugalibus praefatis pro ipsa Szila quadringentas libras Veronensium, et redditus duarum marcarum denariorum ad usum Curiae in Civitate, et circa Civitatem et post mortem ipsius Caroli domum suam, in qua idem Caroli tunc temporis habitabat, et terram eandem singulis in expensis suis tribus annis. De qui-

bus

bus uo Cauti fidejussores extiterunt Dnus Johannes filius Dna Ravingana, Slodinus, Henricus olim Dni Juan, et Floria Civitatenses, et dictus Federicus ex adverso cadiavit, et promisit facere secundum Consuetudinem terra Forojulij dicta Jijla contrafactum dictarum Dotium, de quo pro eodem Federico fidejussores extiterunt Dni Federicus dictus de Qualmalis Gastaldio Utinensis, Andreas Dna Caucinola Civitatensis, Vio filius olim Dni Federici de Pempicca, et Henricus dictus de Arterna, qui morabatur Utini. Tali quidem conditione, quod Jijla predicta Federicum maritum suum absolutum dimittere non valeat de predictis sine voluntate, et consensu Nodini et Henrici Dni Juan predictorum, qui cadiam et promissionem contrafacti predicti faciendi pro memoratum Federicum cum dicta Jijla recepperunt et ipsum Federicus absolvere eandem Jijlam potest de predictis sine voluntate, et consensu Rojutti fratris ejusdem Federici.

S. N. Ego Julianus de Bregolio Imperiali auctoritate Notarius predictis interfui, et rogatus scripsi.

Coll. Joppi

1256. Il Patr. Gregorio investe i fratelli Corrado e Rodolfo di Savorgnano del castello di Savorgnano ec.

44

MCCLVI. D. Patriarcha Gregorius Corradum et Rodolfum fratres de Savorgnano tanquam vassallos suos et Aquilegensis Ecclesie de Castro Savorgnani et omni feudo et proprio quod ab ipso et Ecclesia Aquilegensi habuerunt, que iidem fratres in manibus ipsius refutaverunt, ut confitebantur, ad rectum et legale feudum investivit, salvo quod memoratus D. Patriarcha suo et Ecclesie Aquilegensis nomine in se retinuit octo mansos in Galerian, item quinque mansos in T. Ilan, item septem mansos in Topoglano, item iurisdictionem, advocatiam et copolaticum in Villa de Collis, quos et quas dicti fratres habere videbantur in ipsis.

Da copia ne' MSS Comin. T. III, 3.

1256, 8 luglio. Pordenone. Sentenza della curia del patriarca d'Aquileja data alla di lui presenza, che Artico di Castello non ~~può~~ è obbligato a soddisfare i debiti verso ~~esigere ... crediti da~~ Leonardo e famiglia di Vicola, poichè per ribellione erano stati privati e del feudo e del proprio. — Verzola

(Da pergamena orig. nell'Arch. Frangipane in Castelporpetto.)

A. D. MCCLVI, ind. XIIII, die sabati VIII intrante iulio. In presentia D. Anferini electi Concordiensis. D. Rizardi de Camino. D. Asquini de Warmo. D. Mathei de Rivarota et aliorum, Coram D. Gregorio dei gratia sancte aquilegensis ecclesie patriarcha D. Biaquinus de Camino vice et nomine D. Articoni filii condam D. Federici de Castello petiit ab ipso D. Patriarcha ut peteret et inquireret unum iudicamentum suis iudicibus et ministerialibus quod esse deberet de debitis quibus dictus D. Artikonus vel condam pater eius Federicus tenebatur Leonardo fratribus, filiis et nepotibus de Vicola (sic) vel eorum habitatoribus vel aliquibus proditoribus domi aquilegensis, cum ipsi iam diucius extiterint proditores domi aquilegensis et omni eorum posse fecissent werram igne et sanguine aquilegensi domo et proco sibi sit feudum et proprium iudicatum. Qui D. Patriarcha habito pleno consilio et deliberacione commisit et petiit a Dominis Henrico de Villalta, Johanne de Cucania, Anzio de Mels, Asquino de Warmo, Matheo de Rivarota et in tota eius curia que presens erat ut iudicaret quid de ipsis debitis esse deberet. Qui omnes supradicti et tota curia ipsius D. Patriarche ibi astante uni altero sequentes iudicaverunt et concordes fuerunt quod postquam

N.B. D. Anzerinus electus Concord.

~~dicti de Vienola~~

dicti de Vienola extiterant proditores domini aquilegensis et pro eorum sceleribus sibi fuerat feudum et proprium indicatum, quod ipsi debeat esse extra de omnibus debitis quibus dictus D. Artichonus vel condam pater eius tenebantur eisdem et quod ipse D. Artichonus a D. Patriarcha vel ab aliquo iudice non debet compelli predicta debita persolvenda predictis hominibus de Vienola ... ... ipse predictum iudicamentum confirmavit et in omnibus firmum esse voluit atque ratum.

Actum in porta Vadus in hospicio D. Patriarche.

Ego Altegerius sacri palatii notarius interfui rogatus et scripsi.

nel cenno biografico del medesimo a pag 30 (tomo 3° detto) aggiunge riportandosi alla giunta all'Ughelli che in carta del 1256 5 Agosto si intitola Feltrensis et Bellunensis electus et Concordiensis Ecclesie Procurator —

Tisone da Camino fu eletto Vesc. di Feltre e Belluno nel 1247 ma non potè mai accedervi per l'inimicizia d'Ezzelino, per cui fu per ordine dell'Ughelli di Innocenzo IV trasferito Tisone a Concordia li 24 7bre 1252. Dalla leggenda sulla sua tomba congettura però che reggiesse a Portogruaro, ma col titolo di eletto di Feltre e Belluno. (Veggansi le storie Zambaldi e Miari) — Non si conosce dalla iscrizione l'anno emortuale di Tisone, si ritiene a che solo dopo la sua morte, nel 1257, Adalgero di Villalta ottenuto la doppia sede di Belluno e di Feltre.

Inquanto a Concordia da questo documento si desume che nel 1256 eravi un proprio Vesc° Eletto di Concordia Anserino di nome.

Il Verci (Marca Trivigiana Tomo 8) Nell'albero genealogico pone la Morte del Vesc° Tisone nel 1255 e quindi #

1256, 30 luglio. Nell'esercito del patriarca d'Aquil. p. S. Steno
Tisone da Camino El. Vescovo di Feltre e Belluno e Rettore della Chiesa di Concordia investe Artico di Castello della decima in Latisana e di cinque mansi in Cintello, de' quali erano stati privati Wecello di Prata e figli per la guerra da essi fatta alla Ch. di Concordia dalla quale li tenevano in feudo.

A. D. MCCLVI, ind. XIIII, die lune penultimo mensis iullii.
In presentia D. Henrici de Villalta, D. Rodulfi de Sacilo, D. Suarzuti de Topo, D. Bonifacini de Lavazola, Mamardi de Calavico de Cadubrio et aliorum 1/2

D. Tiso dei gratia Feltrensis et Bellunensis electus et ecclesie Concordiensis procurator et rector investivit D. Braguinum de Camino recipienti vice et nomine D. Artichoni filii condam D. Federici de Castello ad feudum de tota decima quam D. Wezelo de Prata et filii vel alii pro eisdem visi fuerant habere et tenere in Latisana et illis confinibus et de quinque mansibus eorundem . . . . . . in villa de Cintello: que decima et mansi dict. Wezelo de Prata et filii habebant condam in feudum ab ecclesia Concordiensi et eis fuerat iudicatum ut predicte ecclesie pertineant propter werram et destructionem quam . . . . . . intulleraunt predicte ecclesie Concordiensi: ita ut idem D. Artichonus et sui heredes iure feudi habeant et teneant predictam decimam et mansos cum introitibus et exitibus suis et cum omnibus reditis et responsionibus ipsi decime et mansibus undique pertinentibus secundum quod predicti de Prata condam visi fuerunt habere et possidere . . . . dictus electus et procurator dicte ecclesie parabit et licentiam ipsi D. Braguino . . . . . .

..... intret in tenutam et possessionem de predicta decima et mansibus . . . . se eius nomine possidere donec per se intraverit in tenutam, promisitque dictus D. Tito procuratorio nomine dicti ecclesie concordiensis et obligatione omnium bonorum ipsius ecclesie, in pena mille marcharum argenti dictam decimam et mansos ab omni homine et persona iure feudi ipsi D. Artichono legiptime . . . . ipsius expensis ipsius ecclesie. Quod si non fecerit et attenderit, quod nomine predicte ecclesie et ipsa ecclesia predictam penam solvat ipsi D. Artichono et ea soluta vel non soluta, predicta omnia firma permaneant. Qui D. Biaquinus promisit Domino electo et procuratori quod faciet quod dictus D. Artichonus faciet fidelitatem dicto D. Electo in ecclesia Concordiensi pro ipso feudo quandocumque ab eo sine fraude fuerit denunciatum eidem.

Actum Foriiulii in exercitu D. Patriarche in villa S. Stefani iuxta flumen Liquentie.

Ego Altegerius sacri palatii notarius interfui rogatus et scripsi.

Dalla perg. orig. nell' Arch. Frangipane in Castelporpeto, unitamente all' altro Atto 1256, 8 luglio.

1256. Wolrico di Rifimberch rinunzia due mansi in Grazah e Rublah al monastero di Rosazzo per l'anima de' suoi fratelli e del nipote.

Notum sit universis presentem paginam inspecturis, quod ego Worlicus de Ro phimberch per presentes ex nunc libere et expedite remitto et restituo monasterio Rosacensi Aquilegensis diocesis tenutam et possessionem duorum mansorum sitorum in Grazah et unius siti in Rublah collatorum eidem monasterio pro animabus Wleheri et Quonz fratrum nec non Wleheri nepotis meorum et amodo dictum monasterium absque impedimento et contradictione mea et heredum meorum suam inde perpetuo faciat voluntatem rogans universos meos attente, quatenus super dictis bonis prefatum monasterium non debeant in aliquo molestare districte precipiendo officialibus meis ac mihi subditis universis, quod si a tempore intromissionis dictorum bonorum per me facte de super ipsis aliqua acceperant, illa in integrum restituant ab eorundem bonorum gravaminibus deinceps omnino cessantes. Ad evidentiam itaque predictorum et stabilem firmitatem presentem cartulam mei feci sigilli munimine roborari. Anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, indictione quarta decima.

Da pergamena ad annum nell' Archivio di Stato in Vienna, con sigillo

1257 – 21 aprile. Moggio. Assegno fatto da Vecellone abate di Moggio a certo Valdemaro che desiderava stabilirsi come Eremita sul Monte Croce (Carnia).

– In nomine [illegible] amen. Anno ejusdem Domini MCCLVII, Indictione XV [illegible]

Notum sit [illegible] omnibus Christi fidelibus [illegible] ex Wezelo Abbas [illegible] universi fratres [illegible] Wezelo minor, Amalricus, Robertus, [illegible] Conradus [illegible] (M Cimus ?) Deo auxiliante, proposuit [illegible] VIII [illegible] V [illegible] IIII [illegible] fabas et [illegible] sequentia, caseum, salem, et precipue [illegible] tamen sufficere poterit [illegible] et duos in estate cum [illegible] dare promisimus [illegible] fraternitatis [illegible] recepimus [illegible] in obitu suo [illegible] in missis [illegible] plenitur solent [illegible] vero Waldemarus confrater [illegible] Dominum et pro anime sue remedio, Ecclesie [illegible] et XII marchas [illegible] pro oblatione ad utilitatem dicte Ecclesie [illegible] Nos vero ad confirmationem [illegible] supradicto Waldemaro confratri, ego W. Dei gratia Abbas ex una parte tabulle presentis sigillo meo, ex altera parte sigillo confratrum [illegible]

Actum [illegible] die decimo exeunte mense Aprilis in claustro dicti Abbatis Domini W. et [illegible] supradictorum confratrum et [illegible] (Conradi ?) [illegible] Talomea.

Trovato. [illegible] – Arch. Frari, Venezia
pag. 28 d'un registro, a tergo del quale sono annotati i censi [illegible] dell'abbazia in Trivignano e nella pieve di Cavazzo. V. Pietro.

Copia della collezione del Fontanini.

1257. Rinunzia del Castello di Savorgnano fatta da Rodolfo di detto luogo al Patriarca e reinvestitura.

18

MCCLVII, Rodulphus filius q. D. Rodulphi de Savorgnano refutavit in manibus D. Patriarche Gregorii medietatem suam Castri de Savorgnano integre cum turri superiore et cum medietate totius montis ipsius Castri et cum medietate turris que est versus Castrum de Attems. Quo facto dictus D. Patriarcha statim investivit dictum Rodulphum ad feudum habitantie de predicta medietate Castri de Savorgnano quam dictus D. Rodulphus refutaverat.

Coll. Cornian. Tomo VI. ## 3.

11

47

1257, 5 Giugno. .... Permuta di beni in Carnia dati da D. Ermano di Pinzano a D. Federico Gastaldo di Udine verso beni in Andrins. V. 1258. 17 Agosto.

A. D. MCCLVII, ind. XV. die martis quinto intrante iunio. Qualiter D. Federicus filius D. Hermani de Pinzano nomine cambii dedit et tradidit D. Federico Gastaldioni Utini omnes suas possessiones quas tenebat Vodorlicus de Clavaio sitas in Carnea in Canali de Guart et Villam que dicitur Vualsa cum omnibus iuribus suis sitis in Carnea et redditus unius mansi in loco qui dicitur Ludaria et omnia bona que habebat in Fusca, omnia predicta iure proprii preter unum mansum situm in Clavaio, quem sibi dedit iure legalis feudi Ecclesie Aquilegensis, a qua dicebat se eundem habere. et pro dictis omnibus D. Federicus de Utino memoratus dedit prefato D. Federico de Pinzano omnia bona que habet D. Federicus Utini in Villa de Andrins sita in Forojulio, scilicet dimidietatem omnium eorum que in eadem Villa idem D. Federicus Utini et D. Conettus [1] Gastaldio in Carnea communiter emerant a dicto D. Articone [2] iure proprii. Fideiussores extiterunt ad petitionem D. Federici de Pinzano D. Artinit de Atims, Indriaz de Ragonea, Lodoicus et Leon fratres de Zumpicha et Jacobus de Ragonea, sed pro D. Federico de Utino Petrus de Atems, Lodoicus et Leon fratres de Zumpicha.

Carta manu Juliani de Ragolio

Copia ne' MSS Concina T. III, 2.

Le ville nominate in questo docum. [illegible] Federico [illegible] di Ovaro, [illegible]

1) [illegible] Conetto di Ossopo f. Gastaldo patriarcale [illegible] dal 1255 al 1259.
2) D. Artico di Castello. V. doc.to 1258. 17 Agosto.

1258, 8 Gennajo. Cividale. I Signori Ermanno di Clama e suo figlio Engerlamo coll'assenso di D. Duringo di Clama per 16 marche di den. aquil. vendono al Cav. Girardino di Cividale la loro parte del Castello di Ravistain e beni in Montenars.

50

Anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo. Inditione prima. Die octavo intrante Januario. In Civitate Austria in Ecclesia Sancti Johannis Baptiste. presentibus Dominis Johanne de Cucania. Henrico et Gizoyo fratribus de Mels. Wilalmino et Egidio filiis quondam Domini Jacomini. Henrico Tasoti. Philippo filio quondam Domini Galucii. Adolfo de Glemona. Duringo de Clama. Henrico dicto Rubeo de Carvaco Gavanello filio Loysii notarii de Artenea et aliis.

Dominus Hermannus de Clama et Engnerlam filius eius voluntate et consensu predicti Duringi precio sedecim marcharum aquilegensis monete quod totum fuerunt confessi et contenti se integre habuisse et recepisse; renunciantes non habiti et non recepti precii exceptioni, et omni legum auxilio per se suosque heredes dederunt tradiderunt et vendiderunt iure proprii Domino Girardino militi de Civitate filio quondam Domini Jacomini suisque heredibus totam partem suam integre Castri de Ravistayn et quicquid habebant vel videbantur habere a Rivo S. Georgii usque ad ipsum Castrum et integre totam eorum partem quod habebant vel videbantur habere in Montenars cum omnibus eorum pertinentiis in campis vineis pratis silvis bizareis pomeriis pascuis terris cultis et incultis ingressibus et egressibus suis usque in vias publicas et cum omnibus et singulis que habent supra se infra seu intra se in integrum. omni que iure actione usu requisitione servitute dominio et honore ipsis venditoribus pro predictis aliquo modo pertinente de iure vel de facto. Ad habendum tenendum possidendum et quicquid dicto Emptori suisque heredibus deinceps placuerit proprio faciendum. Qui venditores per se suosque

heredes promiserunt prefato Domino Girardino pro se suisque heredibus stipulanti numquam de predictis litem vel questionem movere immo eis predicta bona omnia iure proprio ab omni homine et universitate legittime defendere, auctorizare et disbrigare omneque damnum et litis expensas quod vel quas fecerint vel sustinuerint in iudicio integraliter resarcire nec contra predicta vel aliquid predictorum per se vel alios aliquo tempore facere vel venire ratione aliqua sive causa, sub pena dupli predictorum bonorum ut pro tempore plus valuerint qua soluta vel non predicta nichilominus in sua firmitate perdurent et sub obligatione omnium suorum bonorum mobilium et immobilium presentium et futurorum. pro quibus omnibus attendendis et inviolabiliter observandis predicti Domini Henricus et Glizoy fratres de Mels et Duringus de Clama dictorum venditorum precibus et voluntate memorato Domino Girardino fideiussores extiterunt, promittentes eum et eius heredes de predictis conservare indempnes. Sub pena superius nominata.

Ego Henricus Civitatensis imperiali auctoritate notarius predictis interfui et rogatus scripsi.

Da pergam. originale nella Collez. Joppi.

1258, 9 Gennajo. . . . . Artemidoro di Surno q. d. Ottaco di Attems per denari di don. Aquil. investe d. Federico Gastaldo di Udine della terza parte dell'avvocazia, dominio e placiti della Villa di Caprileis (Chiavris presso Udine) feudo de' Signori di Mels.

A. D. MCCLVIII, ind. I, die VIII intrante Jannuario. Qualiter Artemidos filius q. d. Ottaci de Atems presente fratre suo Henrico et consentiente, investivit D. Federico Gastaldioni Utini ad rectum et legale feudum tertiam partem totius advocatie et dominii et placitorum et omnium iurium et actionum, quam d. Ottacus pater ipsorum habebat in Villa de Caprileis et ipsimet habent occasione armanie, quam rationem et advocatiam dixit se habere ad feudum a filiis q. d. Aviti de Mels, pretio et foro duarum marcarum denariorum aquilegensium. Manutentor extitit Henricus frater dicti venditoris.

Carta manu Henrici de Artinea.

Da copia ne' MSS Concina T. III, 2.

52

1258. 10 ottobre. Udine. Il patriarca Gregorio avendo confiscato a favore della chiesa di Aquileia, i beni del fu Detalmo di Caporiaco seguace di Ezzelino da Romano, dà il castello e villa di Morsano di ragione del detto Detalmo, in feudo a Landone di Montelongo nipote di esso patriarca. — Due atti —

A.D. MCCLVIII. ind. I. apud Utinum in camera patriarchali die x intrante Octobre Presentibus d. Asquino decano et Johanne Rubeo camerario maioris ecclesie aquilegensis, m.º Nicolao de Lupico plebano de Tricesimo domini Gregorii patriarche scriptore et dominis Henrico de Villalta, Rodulfo iuvene de Savorgnano et dominis Johanne de Cucanea, Glizoio de Mels, Henrico de Pramperch, Asquino de Varmo et Francisco fratre eius, Mathia de Rivarotta, Petro de Atimis, Francisco de Colnalisio et Candedoto de Tricesimo testibus ad hoc vocatis et aliis multis.

Cum quondam d. Dietalmus de Cauriaco venerabili patri domino Gregorio Dei gratia sancte sedis patriarche et ecclesie aquilegensis et toti Foroiulii contra honorem ipsius d. patriarche favorem Ecelino de Romano ac illis de Prata ecclesie romane et aquilegensis ecclesie infidelibus, dampna intollerabilia et enormes iniurias irrogasset, tandem in manibus memorati d. patriarche precise et absolute cum bonis suis omnibus se dedit, ut dicitur, positor . . . . . ut de bonis ipsius et persona idem d. patriarcha libere et precise faciat iuxta sue beneplacitum voluntatis. Verum cum memoratus d. patriarcha habebat castra et possessiones et bona omnia que fuerunt quondam predicti d. Dietalmi in potestate et fortia sua ad faciendum de ipsis, prout superius est expositum, ipse d. patriarcha assignavit et dedit . . . . . castri, ville de Morsano cum omnibus bonis ad castrum ipsum et villam spectantibus, in manibus dominorum Asquini decani aquilegensis, Henrici de Villalta et Johannis de Cucanea recipientium nomine ecclesie supradicte, reservato tamen sibi quod idem d. patriarcha posset infeudare castrum et villam supradictam Morsani cum omnibus ad castrum et villam ipsam spectantibus, nomine dicte ecclesie et cuicumque sibi placuerit.

./.

Eodem anno die et loco, presentibus testibus supradictis. Incontinenti d. Gregorius patriarcha aquilegensis diligenter attendens quod nobilis vir d. Lando de Montelongo nepos eius propter servitia ecclesie aquilegensis et sua non pavescens et persone pericula et rerum maxim dispendium contra infideles eiusdem ecclesie laudabiliter exercuit vires suas per se suosque successores, nomine dicte ecclesie aquilegensis ipsum d. Landonem pro se suisque heredibus et successoribus de predictis castro et villa de Morsano cum omnibus bonis spectantibus ad castrum et villam predictam, tamquam vasallum ecclesie aquilegensis de sua tenuta iuxta consuetudinem Terre Forijulii ad rectum legale feudum manu propria investivit cum silvis, pratis, campis, pascuis, terris cultis et incultis, nemoribus, curiis, venationibus, piscationibus, pomeriis, molendinis, aquis, aquarum ductibus, recepto ab eo fidelitatis iuramento sicut in talibus fieri consuevit et dedit eidem d. Landono Candedotum de Tricesimo pro nuncio ut ipsum d. Landonum in predictorum possessionem induceret corporalem. In cuius rei evidentiam stabilem et perpetuam firmitatem d. Gregorius patriarcha aquilegensis instrumentum presens fecit sigilli pendentis munimine roborari.

Ego Johannes de Lupicocte imperiali auctoritate notarius his omnibus presens interfui et de mandato dicti d. Gregorii patriarche et rogatu memorati d. Landonis scripsi in formam publicam reducendo.

Da copia nei mss. Pirona. Bibl. Civ. Udine.

1258, 10 Febbrajo. Roma. Pp. Alessandro IV ordina al (Giacopo) Primicerio di Venezia di formar processo contro alcuni cittadini d'Aquileja usurpatori di beni di esso Capitolo.

Alexander episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio.... Primicerio Ecclesie Sancti Marci de Venetijs salutem et apostolicam benedictionem. Querelam dilectorum filiorum Capituli Aquilegensis recepimus continentem, quod Vitus et Philippus dicti Notarii, Guariendus de Cliaco, Johannes dictus Carestia, Menis et Maynardus cives aquilegenses civitatis et diocesis super domibus et rebus aliis iniuriantur eisdem. Ideoque discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus partibus convocatis audias causam et appellatione remota debito fine decidas, faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati si se gratia odio vel timore subtraxerint censura simili appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum Laterani. IIII. Idus Februarii Pontificatus nostri anno tertio.

Da copia nell'originale nella Bibl. Florio, Vol. I Dipl. Aquil.

1258, 22 maggio. Portogruaro. L'Abate di Sesto investe Gerpoldo di Longis di un manso in Viglasio col livello annuo di cinque libbre di formaggio. 541

Vol. LXXIII Varia Fontanini p. 156. Bibl. Dom.

† A. MCCLVIII, ind. I, die X exeunte maio. In presentia ... de Warmo, D. Candidoti de Clemona, D. Wanneri de Laurenzaga, ... de Aygaria, D. Wanneri de Gruaro, Henrici Squarre de Portugruario et aliis

[illegible]

XXVIIII annorum sine ulla re de suo dantem pro renovatione investivit Gerpoldum filii [illegible] de Longis de [illegible] manso terre, ita tamen quod amodo dictus Gerpoldus

BIBLIOT.

[illegible] habebat, [illegible] et [illegible] et [illegible] fecit [illegible]

[illegible] pro anima et corpore et [illegible]

[illegible] suis [illegible] quoque dictus [illegible] per se [illegible] dicto monasterio Sextensi omni anno ad festum S. Michaelis VIII dies vel VIII dies post, nomine livelli dicti mansi quinque libras boni casei ad [illegible] D. Patriarche Aquilegensis. Quod si in primo anno non solverit, in secundo vero anno duplum non solverit, in tertio vero anno sit extinctum livellum et cadat ab omni ratione [illegible] Sextensis [illegible] dicti monasterii [illegible] principio [illegible]

[illegible]

[illegible] pro [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] Gerpoldo
[illegible]
[illegible] quoque [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

BIBLIOT[illegible]

Cor[illegible]

55

1258 5 Luglio, Udine

Vendita di Flambro inferiore o Flambruzzo fatta dai Signori di Savorgnano al Patriarca d'Aquileja.

MCCLVIII prime indictionis, apud Utinum, in camera Patriarcali, die quinto intrante Iulio. Presentibus D. Alberto Dei gratia Cenetensi electo D. Gregorii Patriarche Aquilegensis vicedomino, D. D. Petro de Attens, Conetto de Oxopio, Waltero Pertoldo....., Matheo de Rivarotta testibus ad hoc vocatis et aliis.

Domini Conradus et Rodulfus fratres de Savorgnano constituti in presentia venerabilis Patris D. Gregorii S. Aquilegensis Sedis Patriarche libere, mere et pure....... renuntiaverunt et dederunt in manibus ipsius D. Gregorii Patriarche suo et nomine ipsius Ecclesie recipientis castrum et villam inferiorem de Flambrio cum omnibus juribus pertinentibus ad castrum et villam predictam, quod ipsi fratres habebant, ut dicebant, ab ipso D. Patriarcha et ab Ecclesia Aquilegensi ad rectum et legale feudum et totum illud quod habebant in villa Isernich et pertinentiis ejus.

Item refutaverunt et dederunt in manibus ipsius D. Patriarche totum illud quod ipsi fratres tenebant et habebant in dompnicali in eadem villa de Flambrio in territorio ejus cum omni suo jure et actione reali et personali, utili et directa atque cum omnibus eorum adjacentiis et pertinentiis eorundem cum silvis, pascuis, campis, pomeriis, communiis, piscationibus, venationibus, molendinis, aquis aquarum decursibus atque cum omni suo jure, et dederunt eidem domino Patriarche nuntium tenute D. Petrum de Attens. Tali quidem pacto et conditione, quod memoratus D. Patriarcha pro feudis predictis dedit et solvit eisdem fratribus ducentas libras venetorum parvorum, de quibus contenti fuerunt, quas predictas ducentum libras iidem fratres confessi fuerunt se recepisse et in se habuisse a predicto D. Patriarcha dante nomine predicte Aquilegensis Ecclesie; renuntiando exceptioni non recepte et non numerate pecunie tempore contractus et alii suo jure, et quod memoratus Patriarcha promisit et tenetur ipsis fratribus pro dompnicali dare concambium juxta dictum D. Johannis de Cuchanea et D. Petri de Attens vel alterius eorum. Renuntiantes dicti fratres super predictis omnibus et singulis omni legis auxilio, juri, statuto, ordinationi et consuetudini quibus contra refutationem et donationem hujusmodi vel aliquo predictorum aliquo unquam tempore contravenire possent et se defendere et tueri.

(Dagli atti di Giovanni di Lupico Cancelliere Patriarcale).

(Da copia nell'Archivio Capitolare di Udine)

BIBLIOT

1258, 17 Agosto. . . . F. Dei gratia pp. D. Federico di Pinzano dona beni in Carnia dati in permuta a Federico Gastaldo di Udine verso beni in Andrins. V. 1257, 5 Giugno. 58

A. D. MCCLVIII, ind. I, die XV exeunte Augusto. Qualiter D. Federicus de Pinzano de consensu patris et fratrum suorum dedit in cambium et permutavit D. Federico Gastaldioni de Utino quandam Villam iure proprii positam in Carnea in Villa de Quarte sive Canali que appellatur Varsis. Et hoc fecit D. Federicus de Pinzano specialiter pro quibusdam mansis et bonis que dictus D. Federicus Gastaldio Utini habebat in Villa de Andrins et in plebe de Lais[1] (?) in monte et plano, scilicet medietatem omnium illorum bonorum que ille de Castello olim habuit in ipsa plebe, que quidem bona omnia que dictus Gastaldio de Utino habebat in dicta Villa et plebe de Adasia iure proprio dedit in cambium pro parte D. Federico de Pinzano. Fideiussores extiterunt Vudwel et Jacobus de Ragonea, Gabriel et Valterus fratres de Pinzano. Pro D. Federico Gastaldione predicto extiterunt fideiussores D. Petrus de Attems, Henricus de Plait et Lupus de Zuccola.

Carta manu Martini dicti Coppi notarii.

Copia ne' Mss Concina T. III, 2.

1258. 17 Luglio. Cividale – Alberto de Colle Vicedomino del Pata Gregorio dona una possessione in Cividale e quei Frati Minori, che compero da Petra vedova di Federico di Chiusa.

57

In Nomine Dei eterni Amen: Anno Dni Millesimo Ducentesimo quinquagesimo octavo, Indic: prima, die xv exeunte Julio. Actum in Civitate Austrie, in presentia Dnorum, scilicet Fratris Henrici de Padua Fratris Gerardi, Fratris Antonij Fratris Vuosalchi, Fratris Bertholdi, Fratris Alberti de ordine Minorum, Federici Gastaldionis de Utino, Ioanis Gastaldionis de Civitate, Cuardi de Villesso, Henrici iridem de Utino, Landonis de Civitate, et aliorum. Dnus Niculussius de Civitate Austrie, et eius Soror Dna Petris Uxor q. Federici dicti de Clusa voluntarie, et non coacti pro pretio viginti Marcharum denariorum Aquilegien; monete, quas nomine finiti, et convenienti pretij confessi fuerunt, seu confessi recepisse a Dno Alberto de Colle Vice Dno Venerabilis Patris Dni Gregorij Sancte Sedis Aquilegien: Patriarche Dignissimi, renunciantes exceptioni non numerate, et recepte pecunie tempore contractus, omniq. alij eorum iuri eidem Dno Alberto iam dicto, dederunt, tradiderunt, et in perpetuum vendiderunt totam eorum Possessionem situm ultra Pontem, que olim fuit dicti Federici, et dicte Petris Jugalium Casalam, et non Casalam, cultam, et incultam, vineatam et non vineatum, cum arboribus et Hortis et cum omnibus Edificijs sup. positis atq. cum omnibus Iuribus actionibus et rationibus, atq. cum introitibus, et exitibus suis, et cum omnibus adiacentijs et pertinentijs ipsius a Celo usq ad Abissum

N.B. L'originale esiste nel Museo Civico Udinese.

Questo terreno formo parte di quello che era chiamato prato di S. Chiara poiche' quelli Monache verso del 1285 comprarono il convento dei Minori, i quali si trasportarono nel sito ove tuttora esiste la chiesa di S. Franco di Cividale.

Abissum absque alia contradictione. Promittentes eidem prefatam Possessionem, aut cui eam dederit ab omni homine, et iure guarentare eorum propriis expensis, et defendere secundum quod inventa fuit foret meliorata sub pena triginta marcharum, rata manente venditione prefata. Et si plus dicto pretio valeret, titulo donationis que dicitur inter vivos eidem donaverunt et remiserunt. et liceat de cetero nominato Dño Alberto eandem Possessionem vendere, donare, alienare, comutare, investire, adtestare unicuique vel quibuscumque pluribus et singulis personis voluerit, et eum posuerunt ibidem in tenutam, et corporalem possessionem dicte possessionis. quam vero possessionem in instanti coram omnibus supra=scriptis prefatus Dnus Albertus pro sue anime remedio Conventui Fratrum Minorum de Civitate dedit contulit atque in perpetuum donavit et incontinenti assignavit. Confines huius possessionis hii sunt. ab uno latere firmat in possessionem Fratrum Minorum ab uno Capite in Ripam Fluminis Narisse, ab alio in quandam Viam per quam itur ad eandem possessionem

Sig.m Not.: Ego Philippus Sacri Pallatii Notarius interfui et rogatus scripsi

Presentem Instrumentum pro ut stat, et iacet in carta [illegible] autentica existent in Archivio M. Conv. [illegible]

[illegible]

Monialium Venerandi Monasterii Sanctae Clarae
Requirentibus hic requisitus mediante aliena sibi
fida manu scribente Bartholomeus Bertulonius
Civis, et pub.s Veneta Auctoritate [illegible] Julij
Notarius, factaque auscultatione in fidem se
subscripsit apposuit [illegible] L. D. O. M.

r Cong[illegible]

(1258?) Gregorio di Montelongo patriarca d'Aquileja raccomanda di chiamare a Roma ad incoronarsi Riccardo re de' Romani a cagioni di grandi discordie in Italia durante l'interregno. — 5 8

In sanguinem luna versa primis temporibus vigilare pastores et super greges suos vigilias custodire comode requirerent. Ipsa vera totaliter emortua et sublata de celo, condensatis tenebris, facta est nox periculosa et gravis, in qua transierunt et nunc transeunt catervatim bestie silve, catuli leonum rugientes, ut raperent et rapiant innocentes, preparati ad devorandum pauperes, ut escam panis. Divino timore sublato, fluctuabat hactenus navis ecclesie in medio huius magni et spaciosi maris, undosis procellis regnantibus, submersioni propinqua et nunc tanto amplius fluctuat, quanto longius gubernator abest, qui manum rectricem labenti porrigat. Imperii sublato capite, contencionibus et discordiis Ytalie soluta iunctura, nichil aliud nisi ruinam cernimus, quam profecto et nunc eo fortius prophetizant, quia spiritu vertiginis in medio Egipti mixto veritatis in oblivionem venit, vilipenduntur Petri claves, ecclesiarum libertas contempnitur et calcatur, pax et concordia exulant, a planta pedis usque ad verticem non est in membris sanitas, non in partibus compaginis ligatura. Porro vox leticie et salutis, servata dudum in cordibus aliquorum, iam ecce per orbem diffusa, diffusius in revelacionem et relevacionem gencium per vicos exiit et plateas, quod videlicet dispensacione divina cunctis ecclesie fidelibus providentes, illustrem dominum

R[icardum] incliti regis Anglie germanum in Romanorum regem electum ad imperialis culminis solium tamquam splendidissimum sydus duxeritis erigendum. Qui cum ab annis teneris deum timens, diligenter catholice fidei robur veluti ipsa fundatus tenere curaverit et exaltacionem omnis ecclesie ac equitatis et iusticie tramitem, factus processu temporis humilis in sublimi, omni devocione fuerit amplexatus, tenet fidelium universalis opinio, quod prestante illo, per quem reges regnant, gloriabuntur in ipso omnes, qui reverentur ecclesiam, et universi qui diligunt nomen eius. Cum igitur toti mundo expediens reputatur et utile, ut lampas imperii deinceps non sub modio lateat, sed super candelabrum posita in lucem gencium, que in tenebris ambulant, splendidius elucescat, sanctitati vestre devocione humillima flexis genibus supplicamus, quatinus prefatum dominum regem ad devocionis vestre presenciam faciatis [evocari], recepturum de manu vestra et altari principis apostolorum imperialis celsitudinis dyadema, ut sciant et intelligant universi, quod posuerit vos dominus in lucem gencium et per vestre discrecionis arbitrium universo orbi pax et tranquillitas procuretur.

Ex codici Wuringense e Vicenta.

Winkelmann, Acta imperii inedita I, 587

1259. 22 Marzo: Bonzino – seguono atti relativi.

Due lettere di Eganone vescovo di Trento a M. Bonincontro canonico d'Aquileja e Preposito di S. Pietro in Cargna, colle quali gli conferisce parte del Beneficio di S. Bortolomeo presso Trento, privandone Ezelino di Campo come seguace dello scomunicato Ezzelino da Romano. — Altra lettera colla quale partecipa a Gregorio di Montelongo Patriarca d'Aquileja di aver a sua intercessione conferito quel Beneficio a M. Bonincontro.

a) Anno Domini MCCLIX, Indictione II, die sabati X exeunte martio in Bonzino in capella episcopali S. Andree, presentibus Dominis Conrado, D. Huso Bonifacio canonico Tridentino, D. Vigilio capellano et aliis testibus.

Egano Dei gratia Tridentinus Episcopus dilecto amico Magistro Bonincontro Canonico Aquilegensi et Preposito S. Petri de Carnea salutem in Domino, cum dilectione sincera. Ad petitionem Venerandi Patris Patriarche cuius dignum censemus petitionibus et sententie et ob antiquam familiaritatis notitiam qua vestra discretio et prudentia nobis constat, beneficium S. Bartholomei Diocesis nostre, privato Ezelino de Campo per sententiam iustam, vobis canonice investiendo donamus et concedimus Popo clerico vice nostra recipienti et transmittimus de gratia liberali.

Ego Arnoldus etc.

Egano Dei gratia Tridentinus Episcopus dilecto amico M. Bonincontro Canonico Aquilegensi ac Preposito S. Petri de Carnea salutem in Domino, cum dilectione sincera. Ad petitionem Reverendi Patris D. Patriarche cuius dignum censemus petitionibus consentire et ob antiquam familiaritatis notitiam qua vestra discretio et prudentia nobis constat, beneficium S. Bartholomei Diocesis nostre, privato ipso Ezelino de Campo per sententiam iustam vobis canonice investiendo donamus, concedimus et transmittimus de gratia liberali.

Ego Henricus etc.

Reverendo in Christo Patri et Domino Gregorio Dei gratia Sancte Sedis Aquilegensis Ecclesie dignissimo Patriarche Egano eadem gratia Tridentinus Episcopus cum reverentia et subiectione. Quia celsitudinis

BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE

vestre recepi litteras sub tenore petitionis studiose ut M. Bonincontro Canonico Aquilegensis ac Preposito S. Petri de Carnea beneficium S. Bartholomei mee Diocesis conferre vellem ob vestre precationis interventum, affectans semper tamquam specialiter et dilecti Domini mei in vestro inveniri promtior beneplacito et mandato memorati beneficii investituram predicto M. Bonincontro per nostras transmisimus litteras conferendo, privato tamen prius eo beneficio per sententiam equam Sancte Matris ipsum cuius id videbatur esse quod nunc consorsest temere et inimicorum Ecclesie Sancte Matris, (sic).

Qua littera coram dicto D. Patriarcha et memoratis testibus seriatim perlecta, precepit idem D. Patriarcha eandem in pubblicam formam redigi ac presens instrumentum sui sigilli pendentis munimine roborari.

Ego Henricus etc.

b) 1259, 28 Agosto. Trento.

Il Vescovo accorda al procuratore M. Bonincontro di prendere possesso di detto Beneficio. — 25 settembre. Presa di possesso.

b) A. D. MCCLIX, Ind. II die sabati IV exeunte augusto, in palatio Tridenti, in presentia D. Bonifacii canonici tridentini, D. Tisii de Castronovo, Guilielmi notarii de Alsugo testibus et aliis. Ibique D. Egano Dei gratia Tridentinus Episcopus comisit D. Bonifacio canonico suprascripto ut ex sua parte ponat in tenutam Fratrem Marchesium de S. Lauro Tridenti procuratorem D. Bonencontri Prepositi S. Petri de Carnea et canonici aquilegensis recipienti pro ipso D. Bonencontro de beneficio et proventibus beneficii Ecclesie S. Bartholomei site apud Tridentum in contracta Villazani, de quo beneficio et proventibus beneficii ipse D. Episcopus D. Bonencontro fecerat datam prout dicebat, scilicet de tercia parte tocius benefici et proventibus ipsius Ecclesie et nominatim de suprascripta parte quam Ecelinus de Campo possederat et habuerat.

Item in eodem anno, die iovis VI exeunte septembri ante Ecclesiam S. Bartholomei in presentia D. Aldevrandi canonici tridentini, Abriani notarii, Arnoldi filii q. D. Mathei notarii et aliis testibus. Ibique D. Bonifacius canonicus suprascriptus tenens clavim ipsius Ecclesie in manum aperiendo et claudendo ipsam Ecclesiam et dando ipsam clavim in manum ipsius Fratris Marchesii pro D. Bonencontro recipientis, ipsum Fratrem posuit in tenutam et corporalem possessionem ipsius Ecclesie et beneficii et proventuum dicte Ecclesie videlicet de tercia parte tocius beneficii et reditibus atque proventibus dicte Ecclesie pertinentibus: qui Frater Marchesius intravit in tenutam et corporalem possessionem ipsius Ecclesie et apprehendens clavim intravit Ecclesiam aperiendo ianuam. Quo facto predictus D. Bonifacius apprehendit

2441 BIBL. C. UDINE

cornu altaris et accepit pannos qui erant super altare et dedit supradicto Fratri Marchesio recipienti vice et nomine predicti D. Bonencontri qui posuit predictos pannos super altare et exiendo Ecclesiam clausit eam cum predicta clavi et eam dedit Abriano suprascripto qui sibi observet eam.

Ego Valerianus sacri palatii notarius etc.

c) 1259. 1 Novembre. Anagni.

Papa Alessandro IV conferma al suddetto il conferitogli Beneficio.

c) Alexander Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Mag. Bonencontro Clerico Ecclesie S. Bartholomei Tridenti salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum et vota que a rationis tramite non discordant effecta prosequente complere. Cum igitur sicut petitio tua nobis exhibita continebat: Venerabilis frater noster Egano Episcopus Tridentinus auctoritate propria legitime cognito et comperto quod Ezelinus quondam clericus Ecclesie S. Bartholomei Tridenti quondam Ezelino de Romano persecutori Ecclesie contra eam dampnabilem adherebat et non curabat desistere diligenter monitus ab eodem, propter hoc ipsum loco et beneficio que in ipsa obtinebat Ecclesia privans perpetuo exigente iustitia ea nulli alii de iure debita tibi prout spectabat ad ipsum duxerit canonice conferrenda.

Nos tuis supplicationibus inclinati quod ab eodem Episcopo super hoc provide factum est ratum habentes et firmum illud auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino homini liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Anagnie v nonas novembris pont. anno V.

Origine della casa dell'Ospitale di Gemona.

1259, 16 aprile. Gemona. Rodolone di Gemona dona un fondo in detto luogo perchè sia fatta una casa per i poveri (è l'ospitale di Gemona).

Giacomo Nibissio notajo di Gemona. Arch. Not. Udine.

Anno Dom. MCCLIX, ind. II,

~~Anno Dom. MCCLIX~~ die XV exeunte Aprili, presentibus Rainerio de Stauli, Stefano fratre, Ursutone Aoleano, Jacobo fratre, Pagelone, Otacio et aliis.

Hoc testamentum est Rodolonis. Primo iudicavit ~~casam~~ terram quamdam que est apud ecclesiam Sancte Marie quod supra mansione pauperum (sic) ad hoc ut domus pauperum sit facta ut sit publice quod aliquis non valeat ire contra et si aliquis vellet ire contra, quod dicto Rodoloni et eius heredibus debeat venire. Item domum de foro dimisit uxori sue usque ad suam vitam si filium masculum habebit et si non, quod valeat alienare in vita et morte. Item dimisit omnia sua bona reliqua usque ad suam vitam uxori sue et debeat maritare filias suas cum consilio amicorum. Actum Glemone in domo Rodolonis.

(1) Da altro Atto che segue a questo, si ha che aveva nome Tarvisana.

Dagli atti di Giacomo Nibissio not. di Gemona. Arch. Not. Udine.

1259, 16 aprile. Gemona. Fondazione dell' Ospitale di Gemona fatta col testamento di Rodolone di Gemona.

Da Protocollo antico nell' Archivio della Chiesa di Gemona, estratto e copiato G. G. Liruti
MS. Liruti Bisputi.

MCCLIX, die xvi exeunte aprili, presente Raynerio de Stauliy, Stephano Fratre, Arfuttone, Aclaano, Jacobo Fratre, Frezolono, Otacio et aliis.

Hoc est testamentum Rodolonis. Primo indicavit Casam quedam que est apud Ecclesiam S. Marie, quod sit Mansione Pauperum. Hec vero domus pauperum sic facta ut sit publica, quod aliquis non valeat ire contra, quod si aliquis vult ire contra, quod dicto Rodoloni vel eius heredi debeat venire.

Item domum de Foro dimisit uxori sue usque ad suam vitam, si filium masculum habebit et si non quod valeat alienationis vita et in morte.

Item dimisit omnia sua bona, reliquit usque ad suam mortem uxori sue quod debeat maritare filias suas cum consilio amicorum.

Actum Glemone in domo Rodolonis.

1259, 15 Maggio. Viterbo. Papa Alessandro IV ordina all'Abbate di Moggio
di procedere contro il pievano di Graz (Windisgrätz), Rodolfo di Duino,
Cono di Minimiano e Stefano di Castelnuovo debitori del Monastero di Belligna.

Alexander episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio ... Ab=
bati monasterii de Mocio Aquilegensis Diocesis ~~salutem et~~ apostolicam
benedictionem. Conquesti fuerunt nobis. Abbas et conventus Monasterii Belli=
nensis Aquilegensis. quod Graf plebanus plebis de Graz. Rodulphus de Duino.
Conus de Maniano. et Stephanus de Castro novo laici et quidam alii Aquilegensis.
Tergestine et Iustinopolitane civitatum et diocesum. super decimis quadam
pecunie summa. terris. possessionibus et rebus aliis iniuriantur eisdem. Ideoque
discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus partibus convocatis
audias causam. et appellatione remota debito fine decidas. faciens quod decre=
veris per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint
nominati si se gratia odio vel timore subtraxerint. censura simili appella=
tione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum Viterbii.
Idus Maii. Pontificatus nostri Anno quarto

Da copia sull'originale nella Bibl. Florio, Vol. I Dipl. Aquileiesi

1259. 17 Giugno – Porcia – Bertoldo di San Nicolò per 42 lire vende a Rodolfo della pieve di Pause un domenicale in Zoppola Romana.

64

Anno domini Millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, indictione
secunda, die martis XIIII exeunte junio, presentibus domini ar=
tuichi de ~~[illegible]~~ Poriglis Gabrielis ejus fratris, federici de pinzano, Vitale de
Maniago, Simonis de vendoio, et aliorum, dominus Bertoldus de San
Nicolo, precio quadraginta duarum libbrarum, et denariorum
septem, de quibus vocavit se bene solutum, et exceptioni non
numerate pecunie pacto renuntians fecit datam, et vendicionem
ac investituram domino Rodulfo de plebe pausis ad rectum
ethiale feudum de uno dopnicali jacente in zopola romana
quod quondam fuit Asquini et de uno manso in eodem loco
rectum, et laboratum per Sigardum, quem visum erat posi=
dere per ipsum rodulfum; taliter quod de cetero dictus ro=
dulfus, et eius heredes habeant, et teneant ac posideant di-
ctum dopnicale, et mansum cum introitu, et exitu, vitibus, ar=
boribus, campis, pratis, nemoribus, silvis, cupulo, pasculo, venu=
cionibus, piscacionibus, oblacionibus, ripis fosatis et cum om=
nibus racionibus, et accionibus illis dopnicali, et manso a celo
usque ad abissum integre pertinentibus, et quod possit ven=
dere, donare, pignorare obligare, vel eis, et suis heredibus
melius visum fuerit facere faciant, et agant sine contradicio
ne ipsius domini Bertoldi vel eius heredum, aut alterius
persone ad hec promisit, et stetit predictus dominus bertoldus
pro se et suos heredes ipsi domino Rodulfo, suisque here=
dibus cum omnibus expensis, et obligationibus suorum bonorum
presentium, et futurorum in pena dupli suprascripti pre=
cii minus V soldis denariorum et restauracionis talis feudi se=
cundum quod non valet, aut pro tempore fuerit melio=
ratum sub estimacione in consimili loco dicto dopnicale
et manso ab omni homine et omni parte cum racione
warentare, et defensare; ac legitime autorizare et de=
dit ei arminium de poriglis accipiendi tenu=
tam et possessionem de iam dicto dopnicali, et manso jure
recti ethialis feudi et fecit ei hominatium, et fidelitatem
secundum quod vasalus facit domino
Actum Poriglis in palacio dominorum Artuichi et Gabrielis
fratrum
Ego Henricus de Montesello sacri palacii notarius interfui, et ro=
gatus scripsi

XVI

65

1259, 31 Luglio. Cividale. Il Vicedomino del Patriarca di Aquileja ordina al Comune di Muggia, la consegna degli uccisori del Medico Simone.

Collez. Bini. Arch. Capit. di Udine dagli atti di Giovanni da Lupico cancel. patriarcale.

MCCLIX, secunde indictionis, apud Civitatem in curia Palatii Patriarchalis, presentibus Magistro Cardamoma canonico civitatensi, magistro Goffrido schermitore familiare D. Patriarche et Zampa de Faganea testibus et aliis.

D. Albertus Cenetensis Electus D. Gregorii Patriarche Aquilegensis Vicedominus nomine ipsius D. Patriarche et pro ipso precepit Andree Valentini et Dominico de Ganra nunciis Comunis de Mugla nomine ipsius Comunis et pro ipso sub pena et banno mille librarum venetorum parvorum ut hinc per totam diem martis proxime venturi dictum Comune mittat ad ipsum D. Patriarcham duodecim homines meliores ex illis qui interfuerunt captioni et morti Simonis medici et specialiter illos ad quos spectat ipsum negotium.

Coll.to dal D.r Vinc.o Joppi
per nozze Brenda – Zotto
Ud.e Sett. 1878.

1259, 26 Novembre, Gemona. D. Enrico di Pramperg e suo fratello vendono la decima di Reana.

66

Anno Domini MCCLIX, ind. II, die v exeunte Novembris, presente Bertoldo fratre Wigardi de Utino, Adalpretto filio D. Pacotii, Rusitone filio Zilio (?), Petri Gastaldio D. Henrici de Prambergo et aliis.

D. Henricus de Prambergo et Ulvinus frater precio trium marcharum aquilegensium vendidit donavit Begna decano Patriarche de Reana decimam quam habet in Regana usque ad VI annos ad habendum etc. promittens litem etc. sub pena dupli minus V soldis etc. Actum Glemone in Portis.

Venius tenute dictus Adalprettus.

Die et loco eisdem et in presentia dictorum testium Dictus Begna promisit solvere et dare dictis D. Henrico et Ulvino fratres (sic) et cuilibet hanc habuerit (sic) tres marchas aquilegenses, unam marcham usque ad carnisprivium, residuum in proximo festo S. Michaelis sub pena XL denariorum ... in quolibet termino etc.

Dagli atti di Giacomo Nibisio notajo di Gemona. Arch. Not. Udine

126… 21 gennajo. Pola. Corrado di Valvasone imputato di tradimento mette la sua persona ed i suoi beni nelle mani del Patriarca d'Aquileja Gregorio.

6

Da copia dell'archivio Spilimbergo in Domenicis, vol. Arbor pag. 156 tergo.

In nomine Christi amen. Anno a nativitate ejus millesimo ducentesimo sexagesimo……sexta indictionis (sic) apud Polam in palatio Monasterii S. Marie de Caneto Polen.., die undecimo exeunte mense Januarii, presentibus viro venerabili D. Alberto Dei gratia Concordiensi Electo, D. Gregorii Dei gratia Patriarche Aquilegensi Vicedomino et Dominis Vegelone Abate Belliniense, Berengero Preposito S. Vodrici et Nobilibus viris Dominis Landone de Montelongo dicti D. Patriarche nepote, Monflorito et Bonifatio de Pola, Joanne de Cuchanea, Bernardo de Zuchula, Henrico de Melz, Popretto de Budrio, Varnero de Portis et Matheo de Rivarotta testibus ad hoc vocatis et rogatis et aliis multis. Conradus filius q. D. Ulrici de Valvasono constitutus in presentia Reverendi Patris D. Gregorii Dei gratia Sancte Aquilegensis Sedis Patriarche super eo quod idem Conradus habebatur suspectus ab ipso D. Patriarcha quod voluisset facere proditionem de ipso et de Ecclesia Aquilegensi volendo ut dicebat proditorie domum quondam Rodulfi de Sacilo inimicis predicti

D. Patriarche et Ecclesie Aquilegensis, sive culpabilis sive non culpabilis esset, dedit et commisit se voluntati et beneplacito ac misericordie ipsius Domini precise ac absolute in omnibus et per omnia cum persona et bonis ut ipse D. Patriarcha de persona et bonis suis omnibus disponat et faciat et ordinet prout ipsi Domino Patriarche misericorditer (sic) beneplacito voluntatis, absque contradictione Coradini suprascripti.

Ego Johannes de Lupico sacri imperii publicus Notarius etc

Nota

Secondo l'Indizione sesta, il presente atto dovrebbe collocarsi all'anno 1263; ma mi sembra un poco troppo lontano da quello del 6 decembre 1268, col quale il Patriarca accorda i frutti de' beni di Corrado di Valvasone ai Signori di Spilimbergo.

1260. 21 Gennajo. Pola. Corraduccio di Volvesone sospettato di tradimento, si sottopone al Patriarca d'Aquileja.

6

In nomine Christi amen. Anno a nativitate eiusdem Millesimo ducentesimo sexagesimo. tertie indictionis, apud Polam in palatio Monasterii sancte Marie de Caneto Polensi. die undecimo exeunte mense Januarii. Presentibus viro venerabili d. Alberto dei gratia Cenetensi Electo d. Gregorii Dei gratia Patriarche Aquilegensis Vicedomino et dominis Wezelono Abbate monasterii Belliniensis. Berengero Preposito sancti Wolrici et nobilibus viris dominis Landone de Monte longo dicti d. Patriarche nepote. Monflorito et Bonifatio de Pola. Johanne de Cucanea. Bernardo de Zuccula Henrico de Mels. Ruperto de Budrio. Warnero de Portis. et Matheo de Rivarotta testibus ad hoc vocatis et rogatis et aliis multis.

Corraducius filius quondam d. Ulvini de Volvesono constitutus in presentia reverendi patris d. Gregorii Dei gratia sancte Aquilegensis sedis Patriarche super eo quod idem Corraducius habebatur suspectus ab ipso d. Patriarcha quod voluisset facere proditionem de ipso et de ecclesia Aquilegensi volendo ut dicebatur dare proditorie domum quondam Rodulfi de Sacilo inimicis predicti d. Patriarche et ecclesie Aquilegensis, sive culpabilis sive non culpabilis esset, dedit et commisit se voluntati et beneplacito ac misericordie ipsius domini Patriarche precise ac absolute in omnibus et per omnia cum persona et bonis ut ipse d. Patriarcha de persona et bonis suis omnibus disponat et faciat et ordinem prout ipsi d. Patriarche videbitur beneplacito voluntatis absque contradictione Corraducii supradicti.

Ego Johannes de Lupico sacri imperii publicus Notarius supradictis omnibus presens interfui et de mandato supradicti d. Gregorii Patriarche scripsi in formam publicam reducendo.

Da pergameno nell' Arch. de' Signori di Spilimbergo di sopra

1260, 9 luglio. Avanti la Cortina di S. Giovanni (di Casarsa)

D. Bernusa q. D. Bernardo di S. Giovanni (di Casarsa) investe a retto e legale feudo, Castalino di S. Vito, di case, sedimi, decimale nella Cortina e Villa di S. Giovanni di Casarsa, per 105 lire di piccoli veneti.

Anno domini Mill. CCLX. Indictione tercia. die veneris VIIII intrante Jullio presentibus presbitero precogna de Sancto Johanne. domino Rustigello de prata. Schasuto et filio. domino Hoto de sancto Fluriano. Frisiano de prata. Rainardo. Jacobino et piligrino filio q. domini bernardi de Sancto Johanne et aliis.

Dominus bernusa filius quondam domini Bernardi de Sancto Johanne. ad rectum et legale feudum secundum morem et consuetudinem Fori Julii et domus Aquilegie investivit Chastalinum de Sancto Vito de omnibus domibus suis cum omnibus sediminibus iacentibus in Villa in Cortina et in districtu Sancti Johannis de Casarsa et de omnibus suis clausuris campis pratis et omnibus alliis suis rebus habentibus ad feudum in dicto districtu et de uno suo decimale iacente in villa pradoloni et in eis confinibus et pertinenciis quod decimale regitur per Andream Joratum de pradolono et hoc fuit precio C et V librarum denariorum venetorum parvorum de quibus ipse bernusa vocavit se bene solutus et eas in se habere et excepcioni non numerate pecunie pacto renuncians eo vero ordini investivit eum de predictas domibus cum sediminibus, de predictis clausuris pratis campis et de predicto decimale et de omnibus alliis rebus predictis ut ipse et sui heredes uno alteri succedendo habeant teneant et possideant ab ipso et suis heredibus cum introitu et exitu; seu

cum superioribus et inferioribus suis cum areis ortis vitibus
arboribus fossatis terris foltis paludibus alluvionibus pisca-
cionibus marigiciis decimis conportiis aquarum ductibus et cum omni iure
raccione et accione reales et personales utiles et directas
que et quas eis rebus predictis pertinentibus integre a celo
usque ad habissum et quod possint et valeant inde facere omnem
suam utilitatem et voluntatem quidquid sibi melius visum
fuerint facere sine omni sua suorumque heredum contradiccione
vel repeticione iure legalis et recti feudi sua auctoritate.
Equidem idem promisit et statit dictus dominus Bernusa
per se et suos heredes eidem Chastulino ipse recipiens pro se et suis
heredibus dictas domos cum sediminibus dictas clausuras dictos campos
et prates dictum decimalem et allias res predicta warentare de-
fensare et manutenere ab omni parte et homine cum raccione
sub pena dupli sunti precii minus XX solidis denariorum veronensium
parvorum si warentare non poterit aud requiverit teneatur
ei dare bonum staurum in consimili loco sub extimacione
bonorum hominum secundum quod pro tempore valuerint
aud fuerint melioratei cum obligacione omnium suorum bonorum
presencium et futurorum et de omnibus inde factis reficere pena
quoque soluta tamen presens carta servetur incorrupta et in sua per-
maneat potestate et vigore et dedit ei dictum Rainardum in

nuncium qui ponat eum in tenutam et corporalem posses=
sionem de omnibus rebus predictis iure legalis et recti
feudi sua auctoritate et ipse Chastalinus incontinenti fecit
ei homaticum et paratus fuit facere ei fidelitatem secundum
quod vassali tenentur dominis suis de legali et recto feudo
salva fidelitate suorum anteriorum dominorum.

Actum in platea Sancti Johannis ante Cortinam.

Ego Almericus Odorlici [illegible] filius sacri palacii notarius
interfui et hoc scripsi.

Da pez. nella Bibl. Civ. di Udine.

[illegible]

Berengarius divina miseratione prepositus Sancti Ulrici et canonicus Aquilegensis universis hanc litteram inspecturis in Domino vivere et vale[re]. Dignum deo credimus obsequium exhibere, si ad ea, que in presentia nostri facta sunt, fideliter et devote veritatis testimonium exhibemus, totius dubietatis scrupulum auferentes. Hinc est, quod per presentes publice profitemur dominum Bertholdum olim patriarcham aquilegensem dive recordationis, ut ab ore eius manifeste audivimus, hospitale Sancti Antonii in Bokesruke cum suis conterminiis, et decimis novalium montis Lovel cenobio victoriensi cisterciensis ordinis possidendum contulisse libere ac quiete, ut pauperibus transeuntibus in dicto hospitali per fratres prescripti cenobii sollicite ministratur, et vie per montem Lovel studiosius emendentur. In cuius donationis sive facti testimonium presentem cartulam scribi iussimus et sigilli nostri munimine consignari.

Nota. Berengario Preposito della Chiesa di S. Ulrico e Canonico d'Aquileja era Vicedomino del Patriarca d'Aquileja Gregorio di Montelongo circa al 1260.

Con un ospitale in monte Lovel situato [illegible] alla Carinzia [illegible] località che ricorda l'Ospitale di S. [illegible] ricordato nel presente documento [illegible] Miller [illegible] pag. 142 [illegible] 1242 [illegible] Julii [illegible] (al confine tra Carinzia e Carniola [illegible] [illegible]).

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

sec. XIII.

60 – II. Proposta di contratto colla quale D. Marsilio di Carrara promette ratificare ai signori Bonifacio, Gerardo e fratelli de Castello (di Treviso), la vendita fatta agli stessi da Alderico ed Alberto fratelli di Polcenigo della quarta parte dell'eredità del qm. Signor Giovanni di Camino e Gerardo di lui figlio. 71

Da pergamena mutila dell'Archivio del Conte Carlo di Maniago in Maniago. ~~della nobile famiglia di Caminda in Portogruaro.~~

Videtur michi quod D. Marsilius de Carraria laudet, ratificet et confirmet datam venditionem et traditionem factam dominis Victorio et Gerardo de Castellis recipientibus pro se et fratribus suis dominis Bonifacio et Jacobo per dominos Albricum de Policinio et Albertum fratres et hoc de quarta parte pro indiviso bonorum omnium et hereditatum quondam dominorum Johannis de Caminio et Gerardi eius filii ut constat de predicta datione et venditione per publicum instrumentum et quod predictus D. Marsilius promittat cum ..... et ibi omnium suorum bonorum DD. Gerardo et Bonifacio de Castellis recipientibus pro se et fratribus vel procuratore eorum nullo modo impedire seu inquietare dictos fratres de facto nec de iure occasione predicte quarte partis, nec in iudicio nec extra iudicium per se vel per aliquam submissam personam, quod si faceret, promittet dare et solvere predictis dominis quinque mille libras denariorum pro pena seu nomine pene et pena soluta vel non soluta, nichilominus observare et attendere teneatur ut supra.

Et insuper dictus D. Marsilius cedat omne ius quodlibet ~~[illegible]~~ omnesque actiones reales et personales, utiles et directas prefatis dominis vel eorum procuratori recipienti pro dictis dominis quod et quas habet in dicta quarta parte, asserens et dicens dictus D. Marsilius quod nulli persone cessit seu dedit aliquod ius quod habet seu habere posset in dicta quarta parte nec ius aliquod cessit nisi predictis dominis. Et predicta omnia fecit et promisit prefatis dominis nomine pure et mere donationis que dicitur inter vivos et non causa mortis, renuncians illi iuri quod dicitur quod donatio non potest fieri ultra quingentos aureos sine insinuatione ut tot intelligantur (sic)

donationes quod ~~essent nomine~~ ~~etc.~~ ~~non potuit fieri ultra qui~~ et specialiter renuncians illi legi C. de donatione: si quis argentum.

Et primum dictus D. Marsilius cum obligatione … … omnium suorum bonorum etc. prefatis dominis sub dicta pena warentare et deffendere predicta quarta parte ab omni homine et persona quantum est pro suo facto et sua obligatione et aliter non teneatur ad precium pene vel interesse.

Et quod dictus D. Marsilius confiteatur de plano consentiat et velit quod infrascripta bona sint inter cetera de illis bonis que pertinent in illam quartam partem que contingit illis de Pulcinico de hereditatibus predictis et quod ipse D. Marsilius consentit et vult quod dicti Domini de Castellis possint eorum posse et quasi posse, libere et sine pena apprehendere fructus de bonis quarte partis pertinentis ad dictos Dominos de Pulcinico de hereditate quondam Dominorum Johannis de Cavarpio et Gerardi eius filii: bona autem sunt hec Bauso ~~[illegible]~~ etc., qui in illo rodulo continentur. Vicadinas de Costa, etiam in illo rodulo continetur.

Item quod dicti DD. Guidus et Bonifacius de Castellis pro se et fratribus suis possint in quarte partis pertinentis ad predictos de Pulcinico libere possit acquirere et possessionem bonorum dicte quarte partis apprehendere sine omni pena sive bona illa ad dictos Dominos de Pulcinico pertinentia pro quarta parte sint divisa vel indivisa quandocumque (?) bona sint, sive sint possessiones sive servi et ancille et eorum peculia, sive vassalli et vassallatici, sive propria sive feuda sive livelli sive quecumque alia iura vel bona ad dictam quartam partem pertinentia.

Item quod dictus D. Marsilius debeat iurare omnia predicta semper firma et rata habere et tenere et non contravenire aliqua racione vel occasione. (A)

(1) Gerardo di Cavaso nominato in questo documento, era morto prima del 1271. Vedi Verci, Marca Trevig. IV Doc. pag. 135. Giovanni di Cavaso vel de Onigo padre di Gerardo era figlio di Walperdino da Cavaso e di Palma di Ezzelino il Monaco.

1261. 23. febb.^o Udine. Corrado Vescovo di Frisinga investe di Godego ed altri beni nella marca trivigiana Tisone di Camposampiero, beni già da Ezzelino ~~infeudati~~ occupati

1

In nomine Domini amen. Anno a nativitate eius millesimo ducente=
simo sexagesimo primo; quarta indictione apud Utinum in came=
ra patriarchali die sexto exeunte mense Febr. presentibus Vener=
abile Dnõ. Grigorio Dei gratia Sancte Aquilejens. Sedis Patriarcha,
Dni. Alberto de Collice Cenetensi electo, vicedomino ipsius Patriar=
che Wezelone Abbate Belunensi, Johanne Archidiac. Aquil. Mag=
istro Nicol. de Lupico Plebano Tricesimi, Ruffino de Porta judice Plac=
ent., Dno Pilo Milledusli judice Parmen. Johanne de Cucania, Bern=
ardo de Zucchola, Asquino de Varmo, et Artuicho de Castello de
Foro julii et Dnis. Rud. magistro Heinrico et Hermanno Canonicis Sancte
Andree, et Dnõ. Heinrico Vertingo ~~Bernh. de Gebolspach Wernherio~~ et Gorbolspach
Conrado fratibus de Lonch. testibus ad hoc vocatis et rogatis, et aliis
multis. Cum baatitudo Ecclesie illos exigat defensores per quos
iura ipsius in debita iustitia conserventur; idcirco providens Vener=
abilis pater ~~Dnus~~. Conradus Dei gratia Episcopus Frisingensis quod
in partibus Marchie nullus videtur superesse ad presens, per quem
ita possint iura Frisingensis ecclesie custodiri quemadmodum per
nobilem virum Tysonem de Campo S. Petri Civem honor. Paduanu
maxime cum Frisingensis Ecclesia quarundam suarum possessionum
sedem posuerit in districtu Tarvisin. penes possessiones eiusdem Dni.

Tysonis superius memorati, prenominatus Dnus Episcopus utilitatem et tutellam respiciens ecclesie supradicte cum eidem Dno Episcopo et ecclesie Frisingensi sit apertum, et exciderit castrum Godigi cum universa terra, et pertinentiis ejus, quod et quam qnd. Ezelinus de Romano et alii {de Romano} et sui Antecessores retinebant et retinuerunt in feodum a predicto Dno Episcopo, et a predecessoribus suis nomine Ecclesie Frisingensis, investivit dictum dnum Tisonem in se et suos filios masculos ad rectum et legale feodum de Castro Godigi, et Castellario, et villis universis et coherentiis et pertinentiis omnibus et de Curia universa pertinente, et pertinentibus ad predictum Castrum ~~ville Curia pertinentia ville~~ quantumcumque et ubicumque, et qualitercumque dictum Castrum, ville, Curia, pertinentia et coherentia extendatur, et de omni alio eo et toto, que qm. Ezelinus de Romano et alii de Romano et sui antecessores retinebant, et retinuerunt in feodum a predicto Dno Episcopo et ab Antecessoribus suis quondam, cum pratis, pascuis, silvis, paludibus, et nemoribus, venationibus, piscationibus, vineis, terris cultis, et incultis, {campis solo et edifitiis et cum decimis} et jure decimarum, et cum omnibus aliis redditibus, obventionibus, et exitibus et cum molendinis et postis molendinorum, et cum fontibus et aquis, et aquarum decursibus, et cum servitutibus urbanis, vel rusticis, existentibus vel pertinentibus in predictis

vel

vel ad aliquid predictorum, et cum omnibus servis masnadis et famulis

et ascriptitiis, originariis, colonis, et consitis et manumissis sive

francatis, si qui manumissi vel francati sint sive liberti super=

sunt et cum vassallis sive fidelibus, et breviter cum omnibus

aliis hominibus cujuscumque status, et conditionis sint vel exti=

mari possit jure civili, vel municipali et cum omni alio jure patrona=

tus qualitercumque censeatur, et cum omni jurisdictione et domina=

tione, et potestaria, et alio jure pertinente predicto castro et omni=

bus specialiter nominatis et que nominari possunt ad utilitatem

ipsius Dni. Tiisoni qualitercumque illud possit excogitari et

in humano hominum intelectu comprehendi ut a modo ipse Dnus.

Tiiso, et eius filii masculi habeant, et teneant atque possideant et

quasi possideant predictum Castrum, et villas, et Curiam totam et

omnia supradicta, et singula, et de ipsis faciant una cum accessi=

bus, et ingressibus, cum superioribus et inferioribus suis et cum

omni jure, actione, et ratione, et utilitate, et introitu et exitu

et cum aliis supradictis omnibus pertinentibus in predictis et

occasione predictorum quicumque voluerint, sicut de recto et

legali feodo sine contradictione ipsius Dni. Episcopi successorum=

que suorum, et Ecclesie supradicte, et eidem Dno. Tiisoni tanquam

Vassallo dedit, cessit, atque mandavit omnia jura, omnesque actiones et rationes reales, et personales et mixtas, quae et quas habet vel habere videtur ipse Dnus Episcopus nomine Ecclesiae Frisingen=sis seu ipsi Ecclesiae competunt, vel futurum competere possunt in predicto Castro, et Villis, et Curia, et omnibus predictis et singulis vel occasione predictorum, et aliter qualitercumque possint excogitari Ita tamen quod prefatus Dnus Tyso, et ex eo descendentes mas=culi bona predicta, vel quicquam predictorum non possint nec debeant vendere vel infeodare, aut donare, vel aliquo modo alienare Comi=tui alicujus Civitatis, vel Ecclesiae et si forte quicquam de bonis predictis infeodaverint aliis quam Civitati et ecclesiae, hii, quibus bona predicta fuerint infeodata teneantur et debeant illa bona habere et tenere ab ipso dno. Episcopo, et ab Ecclesia Frizingensi. Si forte, quod absit contigerit, dictum Dominum Tysonem decedere sine descendentibus ab eo masculis, hoc etiam acto et expressim dicto inter ipsos, quod dictus Dnus Tyso non teneatur servire dicto Dno. Episcopo, et Ecclesiae supradictae ultra montes. Citra montes vero servire debeat sicut vassallus et fidelis servire debet. Item prenominatus venerabilis pater Dnus. Episcopus eidem Dno. Tysoni concessit de gratia Episcopali, quod eidem Dno. Tysoni et

ex

ex eo descendentibus masculis non generetur prejudicium in aliquo si de feodo supradicto a die mortis predicti dni. Episcopi et successorum suorum qui pro tempore fuerint investituram non petierint infra quindenam nomine ecclesie supradicte et eidem dno. Tysoni dedit licentiam, et liberam potestatem intrandi tenutam et corporalem possessionem, et quasi predicti Castri et Villarum et Curie et omnium supradictorum et singulorum sua propria autoritate et se dnum. Episcopum nomine et vice predicte Ecclesie possessorem et quasi constituit pro ipso dno. Tysone et ejus nomine et eidem dno. Tysoni dedit pro nuntio dnum. Leoardum de Lemicco militem Paduan. ut ipsum in possessionem omnium predictorum corporalem inducat. Quod quidem Castrum, Villas et Curiam, et omnia alia supradicta et singula promisit ipse dnus. Episcopus obligando se nomine Ecclesie memorate, ipso dno. Tysoni recipienti dictam promissionem pro se et omnibus ex eo in posterum descendentibus masculis ab omni Persona Civitate Collegio, et universitate, vel singulari persona defendere, et expedire cum ratione in pena dupli ejus quod evinceretur in totum, ut in partem et sub obligatione bonorum Ecclesie Tarvisine. De quibus ex nunc ipse dnus. Episcopus nomine et vice predicte Ecclesie pro ipso Tysone et ejus

nomine, se constituit possessorem. Pro qua quidem investitura fuit

confessus, et in concordia Verer. supradictus Vas. Episcopus cum predicto Dno.

Tysone se ab eo abuisse, et recepisse nomine Ecclesie supradicte

septingentas lib. ~~eiusdem~~ Ver. parvulorum et ----- urum sub estima-

tione ccc. lib. eiusdem monete de quibus denariis et ----- ab eo sibi

bene solutum clamavit, et exceptione doli mali et in ----- et non

numerate et non solute pecunie et non dati et assignati equi

renuntiavit non spe ~~spe~~ future numerationis et assignationis sed quia

predictos danarios et ------ jam habuit et recepit. Quibus omnibus

peractis incontinenti dictus Dnus. Tyso reverenter fidelitatem

tradidit in manibus dicti Dni. Episcopi recipientis dictam fidelitatem

pro se suo nomine et Ecclesie supradicte ab ipso Dno Tysone

fidelitatis prestito sacramento sicut in fidelitatis juramento fieri

consuevit. Ad solemniorem autem hujus rei evidentiam memoratus

Dnus. C. Episcopus Frisingensis instrumentum presens jussit sigi-

lli sui pendentis munimine roborari, et sigillo supradicti Dni.

Grigorii Patriarche et predicti Dni. Alberti Conetan. Electi ejdem

instrumento rogavit apponi.

Ego Johannes de Sypico sacri Imperii publicus Notarius his presens interfui, et rogatus scripsi in formam publicam reducendo

Verci Storia degli Ecellini
Tomo 3. pag. 442 Doc. 257.

Franzisane

2

d) 1262. 18 Febbraio. Nella chiesa di S. Bortolomeo

Intimazione di atti di processo all'assente Ezelino di Campo per ingiurie contro M. Bonincontro e Breve di Papa Urbano IV contro il detto Ezelino (1262, 9 novembre. Viterbo).

d) A. D. MCCLXII, Ind. V, die martis XI exeunte februario, in Ecclesia S. Bartholomei apud Tridentum, in presentia Abriani notarii et Vigelmari de Ducogonovo et aliorum. Gerardus olim Orieme de Marola cum diligenter inquisivisset in Ecclesia S. Bartholomei Tridenti de D. Ezelino de Çampo clerico tridentino et non posset eum invenire, porrexit et representavit ex parte D. Bernardi archidiaconi de Vincentia in Ecclesia et super altare S. Bartholomei litteras in hac forma:

Bernardus archidiaconus Vincentinus discreto viro Ezelino de Campo clerico tridentine diocesis salutem in Domino. Noveritis nos a D. Papa recipisse litteras in hunc modum: Urbanus Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Archidiacono Vincentino salutem et apostolicam benedictionem. Conquestus est nobis Magister Bonencontrus clericus S. Bartholomei Tridenti quod Ezelinus de Campo clericus tridentine diocesis super perpetuo beneficio suo Ecclesie predicte et rebus aliis iniuriavit eidem. Ideoque discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus partibus convocatis audias causam et appellatione remota debito fine decidas, faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari: testes autem qui fuerint nominati si se gratia, odio, vel timore subtraxerint censura simili, appellatione cessante, compellas veritatis testimonium perhibere.

Data Viterbii V idus novembris, pontificatus nostri anno I.

BIBLIOTECA CIVICA UDINE

Huius auctoritate mandati discretionem vestram requirimus et monemus, vobis precipiendo mandantes quatenus XX die a presentatione vobis facta inclusive per vos vel idoneum responsalem in maiori Ecclesia Vincentina coram nobis comparere curetis dicto Magistro vel eius procuratori ad iustitiam respondere parati: quem quidem terminum pro duobus edictis et uno peremptorio ut parcatur partium laboribus et expensis vobis ea intentione prefigimus, quod si die occurrerit feria sequens non feriata pro termino habeatur in quo quantum de iure poterimus auctore Domino procedemus.

(Da copia scorretta da perg. nell'Arch. Capitolare di Cividale del Friuli.)

1263, 24 Maggio. Cividale. Esame di testimonj nell'obbligo di fare le waite in Cividale delle ville soggette. V. 1263. 24 maggio – 1264. 14 Febbr. 1274. 25 luglio 1286 – 1302 al 1315 – 1311. 5 Maggio –

3-7

1263. 24 Maggio " 24 d° 1264. 14 Febbrajo " 16 d° 1274. 25 Luglio	Documenti sulle Waite e Schiravaite di Cividale

Stampati nello Statuto di Cividale (Udine 1891)

Item dixit quod Silvester quod olim laborav... modo Pizolus laborat erat Saltarius porterii Porte sancti Petri. Item dixit quod quidam alter massarius qui tenebat mansum quem modo tenet Pelle ... quod ... massarius Boiani ibat cum eo ad waitam dictam. Item dixit quod Pizolus et Gilius massarii D. Ropretti de Butrio ibant cum eo ad waitam dictam et Juratus ... quicumque sit debet ire ad waitam. Item dixit quod massarii D. Pellegrini de Corroleto ibant ad waitam dictam. D. Conradus presbiter dicte ville in verbo veritatis et in fide sua interogatus de predictis dixit quod massarii olim D. Willichini qui modo sunt D. Ropretti de Budrio ibant ad waitam Civitatis et cum D. Iohannes de Cucanea fuit Potestas in Civitate omnes massarii militum et clericorum veniunt ad waitam dictam exceptis hominibus de masrata commorantibus in pra terra morum

Huius auctoritate mandati discretionem vestram requirimus et monemus, vobis precipiendo mandantes

Prob.[^m] del L.[^o] V.[^o] Offo
per l'ingresso di M.[^r] della Bona
a Vic.[^o] di Trento Udine 25 Lug 1587

Tomo 3. pag. 224 Not. 237.

Granzi[illegible]

1263, 24 Maggio. Cividale. Esame di testimonij sul'obligo di fare le vaite in Cividale delle ville soggette. V. 1263. 24 maggio – 1264. 14 Febbr. – 1274. 25 luglio 1286 – 1302 al 1315 – 1311. 5 Maggio – –

3 – 7

In Christi nomine amen. Anno eiusdem Millesimo CC. LX. III. Indictione sexta: die octavo exeunte mense Maij in Austria Civitate in Ecclesia sancti Johannis iuxta Ecclesiam maiorem presentibus Dominis Henrico Castaldione Civitatense, Gerardino filio olim D. Jacomini, Henrico Tasotto. Graciano advocato Civitatense. Conrado Badarla et alijs.

Giorus de premeriaco iuratus et interogatus de veritate dicenda supra facto hominum debencium facere oportuna terre Austrie Civitatis de iure, dixit quod homines sancti sedentes supra terra suorum dominorum non debent ire ad custodiam sive waitam dicte terre et dixit quod Marchisius est liber homo et noviter venit ad Premeriacum et idem ignorat si debet ire ad waitam. Item dixit quod Silvester quod olim laborabat Mansum Boiani quem modo Pizolus laborat erat Scusarius portarii Porte sancti Petri. Item dixit quod quidam alter massarius qui tenebat mansum quem modo tenet Pelle= grinus massarius Boiani ibat cum eo ad waitam dictam. Item dixit quod Pizolus et Zelius massarii D. Ropretti de Butrio ibant cum eo ad waitam dictam et iuratus [illegible] quicumque sit debet ire ad waitam. Item dixit quod massarii D. Pellegrini de Cornoleto ibant ad waitam dictam.

D. Conradus presbiter dicte Ville in verbo veritatis et in fide sua interogatus de predictis dixit quod massarii olim D. Willelmi qui modo sunt D. Ropretti de Budrio ibant ad waitam Civitatis et cum D. Johannes de Cucanea fuit Potestas in Civitate omnes massarii militum et clericorum iverunt ad waitam dictam exceptis hominibus de masnata commorantibus supra terra suorum

dominorum. Bisatti de Premeriaco iuratus et interogatus de predictis dixit quod massarii dom. D. Pelegrini de Cornoleto ibant ad waittam et ire debent de iure. Item dixit quod massarii Philippi qui morantur in Cortalta et massarius Gregorii Falzon et massarius Zanis fuerunt de una tenuta et ibant ad waitam et ire debent de iure. Adolorius eiusdem loci iuratus et interogatus de predictis dixit se pro certo scire quod massarii D. Bernardi et D. Iohannis de Cucanea et D. Ropretti de Budrio et D. Pelegrini de Cornoleto de Premeriaco ibant omnes ad waitam Civitatis et iuratus Canonicorum similiter cum eis. Gennanus eiusdem loci iuratus et interogatus de predictis dixit quod supra mansum Boiani quem tenet Pizolus erat quidam massarius qui erat Scusarius Portarii Porte Sancti Petri et dixit quod massarii D. Ropretti de Budrio et iuratus Canonicorum ibant ad waitam.

Martinus eiusdem Ville iuratus et interogatus dixit quod ~~omnes massarii~~ massarii Zanissi et massarii Gregorii ibant cum eo ad waitam et dixit quod D. Iohannes de ~~Bernardi de Zucula in Premeriaco ibant ad waitam Civitatensem~~ Cucanea cum erat Potestas in Civitate pignoravit ~~suos~~ massarios et aliorum ~~excepto Silvestro qui~~ militum in Premeriaco pro waita. ~~Nicolaus~~ Nadaluttus eiusdem Ville iuratus et interogatus dixit quod omnes massarii D. Bernardi de Zucula in Premeriaco ibant ad waitam Civitatensem excepto Silvestro qui erat Scusarius Portarii et omnes massarii D. Iohannis de Cucanea in dicta Villa exceptis servis eius ibant ad waitam dictam et dixit quod massarii D. Andree de Canussio ibant et ire debebant sed pater D. Andree dicti erat super Portarius qui eos ire non dimittebat. Item dixit quod massarii D. Ropretti de Budrio ibant ad waitam et D. Iohannes de Cucanea fecit ire massarios Zornoni Trutte ad waitam et iuratus Canonicorum quicumque sit debet ire pro certo ad waitam.

Perg. orig. nell' Arch. Capit. di Cividale Vol. VII Appf. N. 47.

Tomo 3. pag. 242 Doc. 257. — Giangiovanni

Item eodem anno, die et loco et illis presentibus, Grimaldus de Premergacho iuratus et interogatus de predictis dixit, quod omnes massarii d. Bernardi in Premergacho, excepto Masetto qui erat Sussarius, ibant cum eo ad waytam ad Civitatem et dixit quod d. Iohannes de Cucanea fecit ire ad dictam Waytam omnes suos massarios de Premergacho et dixit quod Turch Vivir qui stabat supra manso de Cortalta ibat ad waytam et etiam massarii d. Propretti de Budrio in Premergacho commorantibus.

Item

Tomo 3. pag. 224 Doc. 257.

Stampato / 1263. 24 maggio Cividale — ~~24~~ 29 maggio. ~~Prestento~~ — 1264. 14 Febbrajo — 16 Febbrajo. Cividale.

Premesti testimonii sull'obbligo di far la custodia in Cividale ed altri servigj di varie ville del suo distretto.

In nomine domini amen. Anno eiusdem millesimo. cc. lxiii. indicione sexta. die octavo exeunte mense Maii. In Civitate Austria. in Ecclesia sancti Johannis apud maiorem Ecclesiam. presentibus dominis Henrico Gastaldione Civitatis. Gajardino filio olim d. Jacomini. Henrico Tasotto. Graciano advocato Civitatis. Conrado Bederlas. et aliis.

Gyons de Premeriaco iuratus et interogatus de veritate dicenda supra facto hominum debentium facere oportuna terre Austrie Civitatis de iure. dixit quod homines servi sedentes supra terra suorum dominorum non debent ire ad custodiam sive waytam dicte terre. et scit quod Manchisias est liber homo et noviter venit ad Premeriacum. et ideo ignorat si debet ire ad waytam. Item dixit quod Silvester quod olim laborabat mansum Boyrani quem modo Pizolus laborat erat scussarius 1) Portarii Porte sancti Petri. Item dixit quod quidam alter Massarius qui tenebat mansum quem modo tenet Pelegrinus massarius Boyrani. ibat cum eo ad waytam Civitatis. Item dixit quod Marquardus massarius d. Andree de Canussio ibat ad dictam waytam. Item dixit quod Pizolus et Zilius massarii d. Ropretti de Budrio ibant ad waytam. Item dixit quod Massarii d. Pelegrini de Cornoleto ibant ad waytam dictam. D. Conradus presbiter predicte ville in verbo veritatis et in fide sua interogatus de predictis dixit. quod Massarii olim d. Wilithrii qui modo sunt d. Ropretti de Budrio ibant ad waytam Civitatensem. et cum d Johannes de Cucanea fuit Potestas in Civitate omnes Massarii militum et clericorum ibant ad waytam dictam exceptis hominibus de masnata. commorantibus supra terra dominorum suorum.

Busatti de Premeriaco iuratus et interogatus de predictis dixit: quod massarii olim d Pelegrini de Cornoleto ibant ad waytam. et ire debent de iure. Item dixit quod massarii Gregorii Falzoni et massarius Janisii fuerunt de una tenuta. et ibant waytam. et ire debent de iure

Odolricus eiusdem loci iuratus et interogatus de predictis ~~dixit~~ dixit se pro certo scire: quod

1) Scussarius =

massarii d. Bernardi et d. Johannis de Cucanea et d. Ropretti de Budrio et d. Pellegrini de Cornoleto de Premeriaco ibant omnes ad waytam Civitatis et iuratus Canonicorum Civitatensium similiter cum eis.

Gerardus eiusdem loci iuratus et interogatus de predictis dixit: supra manso Bozarni quem tenet Pizolus erat quidam massarius d. Ropretti de Budrio. et iuratus Canonicorum ibant ad waytam.

Martinus eiusdem ville iuratus et interogatus dixit quod massarius Janissi et massarius Gregorii ibant cum eo ad waytam et scit cum d. Johannes de Cucanea cum erat Potestas in Civitate pignoravit suos massarios et aliorum militum in Premeriaco pro wayta.

Nadalutus eiusdem ville iuratus et interogatus. dixit quod omnes massarii d Bernardi de Zucula in Premeriacho ibant ad waytam Civitatis. excepto Silvestro qui erat Scussarius[1]) Portarii. et omnes massarii d Johannis de Cucanea in dicta villa exceptis servis eius ibant ad waytam dictam. et scit quod massarii d. Andree de Canussio ibant et ire debebant. sed pater d. Andree dicti erat supersportarius qui eos ire non dimittebat. Item dixit quod massarii d. Ropretti de Badrio ibant ad waytam et d. Johannes de Cucanea fecit ire ad waytam massarios domine Frate et Iuratus Canonicorum quicumque sit debet ire pro certo ad waytam.

Item eodem anno die et loco et illis presentibus. Grimaldus de Premerraco iuratus et interogatus de predictis dixit. quod omnes massarii d. Bernardi in Premeriaco excepto Musetto qui erat Scussarius ibant cum eo ad waytam ad Civitatem. et scit quod d. Johannes de Cucanea fecit ire ad dictam waytam omnes suos massarios de Premeriaco. et scit quod Turch Vinir qui stabat supra manso de Cortalta ibat ad waytam. et etiam massarii d. Ropretti de Badrio in Premeriaco commorantes.

Item sub anno domini millesimo cc. L. x IIII. indicione septima. die quartodecimo intrante mense Februarii. in Austria Civitate. in ecclesia sancti Johannis Baptiste,

1) Scussarius =

presentibus d. Henrico Gastaldione Civitatis. Conrado Bederla. Henrico Tasotto. Adamino Stacionario et aliis.

Jacobus de Maymacho iuratus et interogatus de predictis dixit. quod pro certo sciebat et viderat quod omnes rustici de Maymacho tam massarii d Andree de Canussio quam aliorum militum et clericorum faciebant et veniebant ad waytam. et etiam illi de Carandis. et scit quod illi de Villalta habebant unum mansum et domini in Maymacho super quo stabant eorum homines de masnata et ideo non faciebant waytam. sed postmodum affittavit eundem mansum aliis quibus datum fuit venire ad waytam et quia noluerunt facere waytam inpignorati fuerunt. et vendita eorum pignora b).

Item Martinus Grant eiusdem ville iuratus et interogatus per omnia dixit sicut Jacobus supradictus.

Ego Dominicus Civitatensis. imperiali auctoritate notarius dicta supradictorum testium audivi et de verbo ad verbum rogatus scripsi.

In Christi nomine amen. Anno eiusdem millesimo. CC. LXIII. ind. VI die quinto exeunte mensis Maii. in villa de Prestento. in ecclesia. presentibus Corrado et Leopoldo fratribus de Prestento d Henrico Tasotto. Johanne Liviputto. Henrico eius filio. et aliis.

Bernardus de Prestento iuratus et interogatus de veritate dicenda de hominibus de Prestento debentibus servire in Civitate in wayta et aliis dixit. quod pater eius fuerat Comant 1). et ipse precepto patris sui praecipiebat cuidam qui stabat supra terra Leonardi ut iret waytam ad Civitatem. et dixit quod Johannes Coculan et filii erant scussarii 2).

Nicolussius eiusdem ville iuratus et interogatus de predictis dixit. quod antecessores Leonardi de Prestento iverant ad waytam ad Civitatem. et omnes masnatici ex illa parte Sclesoni.

1) Comant in friul. = comando ital.
2) Scussarii =

Bonazul de Prestento iuratus et interogatus dixit quod sciebat pro certo quod Daredanza et Johannes Cocolan et Lyngut iverant ad waytam Civitatis.
Zuth eiusdem loci iuratus et interogatus dixit quod scit pro certo quod Lingut et Johannes Coculan. et omnes massarii ex illa parte Sclesonis ibant ad waytam. sed quia morabantur ad mulieres non ibant. sed homines debent ire omnes.
Taluth de Civitata iuratus et interogatus dixit quod pignoraverat Leonardum de Prestento pro wayta. et Johannem Cocolan et filii Johannis erant massarii

Item sub anno dicto millesimo. CC. LXIIII. ind. septima. quarto decimo die intrante mense Februarii. in Austria Civitate in ecclesia sancti Johannis, presentibus d. Henrico Gastaldione Civitatis. d. Henrico Tasotto. d. Corrado Bederla et a.

Todolmar de Rubignacho iuratus et interogatus dixit quod omnes de Rubignacho tam massarii militum quam clericorum et aliorum ibant ad waytam vel ad schyrawaytam ad Civitatem. et ad fossatum trahere cum plaustris oportuna ad Civitatem. exceptis Magistris de ligno. et excepto Pizalo Wolrisan qui debet aptare pontem sancti Silvestri. cum est necesse. et dixit quod ille qui stabat supra terra Petri notarii ibat ad waytam. et ire debet adhuc.
Item Zuanel eiusdem ville iuratus et interogatus dixit per omnia sicut Todolmar.

Item eodem die loco et testibus sicut Todolmar. Johannes Zirmulyan olim portarius porte pontis iuratus et interogatus dixit. se scire pro certo. quod omnes de Purssino exceptis illi qui habitant in domo olim d. Meynardi Belgivaler ubi fuit curia eius tam massarii militum quam clericorum ibant ad waytam vel schyriwaytam Civitatis. et faciebant omnia oportuna terre Civitatis

in bratanesiis et fossato. et trahendo ligna et viminas. et alia oportuna terre. et facere debent adhuc de iure. Item dixit quod unus massarius d. Henrici de Vilatta qui fuit massarius Bruni. ibat ad waytam et ad fossatum. et faciebat omnia oportuna terre Civitatis sub Bruno. Item dixit quod omnes illi de Zuliano exceptis illis hominibus de masnata faciebant cum ipse erat portarius omnia supradicta. in wayta et fossato. et aliis. et illud idem illi de Lesa et illi de Cavraria tam milites hachi quam alii exceptis pistoribus qui noviter dimissi fuerunt facere predicta et illud idem omnes de Valenzano et Muntisello. et Deprepacho. et omnes de Galano tam massarii militum quam clericorum. et illud idem faciebant illi de Firmano. et adhuc faciunt. Item dixit quod illi de Yplis non debent facere waytam nec fossatum. sed facere portam pontis et domum desuper. et tempore comunis werre debent ire ad exercitum cum plaustris eorum et personis eorum. Item dixit quod illi qui morabantur in orto Johannis Longi nil fecerunt apud ipsum. nec recordatur quod aliquid fecissent ad terram. Item dixit quod omnes de Vernas ibant ad waytam porte Brosane et faciebant omnia oportuna terre sicut alii de aliis villis.

Item eodem anno. terciodecimo die exeunte Februario in Austria Civitate in domo d. Primuli de Fagedis. presentibus. d. Henrico Gastaldione. d. Corrado Bederla. d. Warnero de Portis. d. Henrico Tasotto et aliis.

Federicus de Galano iuratus et interogatus dixit. quod omnes de Comandaria 1) Dietrici de Gallano. et de illo vicinatu debent ire ad waytam vel schyrwaytam, tam massarii militum et aliorum quam clericorum.

Item Dietricus de Gallano iuratus et interogatus dixit per omnia sicut dictus Federicus.

Item Andreas eiusdem loci iuratus et interogatus. dixit per omnia sicut Federicus

1) Comandaria =

dictus et plus quod omnes de Valenzano debent ire ad waytam et schyrawaytam exceptis pistoribus Abbatisse. Item dixit quod milites sachi iverunt cum eo ad schyrawaytam.

Item Hermannus de Toryano iuratus et interogatus dixit quod omnes homines de Toryano ibant ad waytam Civitatis. et ad fossatum. et alia oportuna ipsius terre exceptis magistris de muro. Item dixit coci domini usque vadunt in coquinam domini patriarche non debent ire ad waytam. sed cum sunt extra debent ire ad waytam et scit quod domus Maynetti ibat ad waytam.

Item Pulinus eiusdem loci iuratus et interogatus dixit per omnia sicut Hermannus. Item Petrus eiusdem loci iuratus et interogatus dixit per omnia sicut Hermannus. excepto quod non recordabatur quod domus Maynetti iverit ad waytam.

Item eodem anno. quinto die exeunte Februario. in foro Austrie Civitatis. presentibus dominis Henrico Gastaldione Civitatis. Graciano Advocato. Fulgitto. Nodino. Johanne Zirmulyan. et aliis.

Hermannus Sussini de Civitate iuratus et interogatus dixit quod patrem suum qui fuit portarius Porte Brosane et aput ipsum qui eciam fuit portarius veniebant omnes de Vernos et de Teyzano. tam massarii illorum de Villalta quam alii. et faciebant oportuna terre Civitatis.

Ego Dominicus imperiali auctoritate Notarius dicta supradictorum testium omnia audivi et rogatus ea scripsi.

Da copia del sec. XIV nel Vol. Statuti Civ. Austrie fol. 20 e seg.
Dal Codice Caiselli. Stamp. nello Stat. di Cividale a pag. 27.
(Ed. Caiselli Udine 1891).

Vedi 1274 25 luglio
e 1302 – 1315 – Statuto Cividalese dello
Waitach

Stampato

1263. 24 Maggio. Prestento } Esame di testimonii nell'obbligo dei servire
1264. 14 Febbrajo e seguent. } nelle waite e schirwaite di Cividale, di varie ville vicine.

In Christi nomine amen. Anno eiusdem Mill. ducentesimo sexagesimo tercio. Indictione sexta. Die quinto exeunte mensis Maii, in villa de prestento in ecclesia, presentibus Conrado et lupoldo fratribus de prestento, D. Henrico tasotto. Johanne luvisitto. henrico filio et aliis

Bernardus de prestento iuratus et interrogatus de veritate dicenda de hominibus de prestento debentibus servire Civitati in waita et aliis dixit quod pater eius fuerat comant et ipse precepto patris sui precipie bat eidem qui stabat supra terra leonardi ut iret waitam ad Civitatem et dixit quod Johannes cocola et filii erant Scusarii.

Nicolussius de prestento iuratus et interrogatus de predicta dixit quod antecessores leonardi de prestento iverant ad waitam sub Civitatem et omnes massarii ex illa parte Selesonis.

Bonazul de prestento iuratus et interrogatus dixit quod sciebat pro certo quod Dietanza et Johannes cocula et linzut iverant ad waitam Civitate.

Zuttus eiusdem loci iuratus et interrogatus dixit quod scit pro certo quod linzut et Johannes cocula et omnes massarii ex illa parte Selesonis ibant ad waitam sed quando moriebantur mulieres non ibant sed homines ire debeat omnes.

Tilut de Civitate iuratus et interrogatus dixit quod pignoraverat leonardum de prestento pro waita et Johannem cocola et filii Johannis erant Scusarii.

Item sub anno Mill. CC. LXIIII. Indictione septima, quartodecimo die intrante mense februario in Civitate in ecclesia sancti Johannis presentibus D. Henrico castaldione Civitatense, D. Henrico tasotto, D. Conrado baderla et aliis.

Todolmar

de Rubignaco iuratus et interrogatus dixit quod omnes de Ru
binaco tam massarii militum quam clericorum et aliorum ibant ad
vaitam vel ad schiravaitam ad Civitatem et ad fosatum et trahere cum
plaustris oportuna ad Civitatem exceptis magistris de ligno et excepto
pizolo volrisan qui debet aptare pontem sancti Silvestri cum est necesse
et dixit quod ille qui stabat supra terra Petri notarii ibat ad vaitam
et ire debet adhuc. Item Zuanellus eiusdem ville iuratus et dixit per omnia sicut
Todolmar.

Item eodem die loco et testibus sicut Todolmar. Johannes Zirmalyam
de Civitate olim portarius porte pontis iuratus et interrogatus dixit
se scire pro certo quod omnes de Puressino exceptis illis qui habitant
in domo olim D. Meinardi belgiavaler ubi fuit curia eius tam massarii
militum quam clericorum ibant ad vaitam vel schiravaitam Civitatis
et faciebant omnia oportuna terre Civitatis in bratameschis in fosato et
trahendo ligna et viminias et alia oportuna terre et facere debent adhuc de
iure. Item dixit quod unus massarius D. Henrici de Vilalta qui fuit massarius
Bruni ibat ad vaitam et ad fosatum et faciebat omnia oportuna terre Ci-
vitatis sub Bruno. Item dixit quod omnes illi de zulano exceptis homini-
bus de massata faciebant cum ipse erat portarius omnia supradicta in
vaita et fosato et aliis et illud idem illi de Lesa et illi de cavaria tam
milites sacri quam alii exceptis pistoribus qui noviter dimissi fuerunt
facere predicta et illud idem omnes de valanzana et Monfello et de Re-
nezaco et omnes de gelano tam massarii militum quam clericorum et illud
idem faciebant illi de firmano et adhuc faciunt. Item dixit quod illi de
Ipliis non debent facere vaitam nec fosatum sed facere portam pontis et
domum de super et tempore communis werre debent ire ad exercitum cum plaustris
eorum et cum personis eorum. Item dixit quod illi qui morabantur in orreo
Johannis longi nil fecerunt apud ipsum non recordatur eos aliquid fecisse

Fontest

ad terram. Item dixit quod omnes de vernas ibant ad waitam porte brexiane et faciebant omnia oportuna terre sicut alii de aliis villis.

Item eodem anno, terciodecimo die exeunte februario in austria Civitate in domo primiti de fagedis, presentibus D. Henrico castaldione. D. Conrado Becarla. D. Warnero de porlis. D Henrico tasotto et aliis. Federicus de Gelano iuratus et interrogatus dixit quod omnes de comandaria dictrici de Gelano et de illa vicinatu debent ire ad waitam vel schirawaitam ad Civitatem tam massarii militum et aliorum quam clericorum.

Item Andreas eiusdem loci iuratus et interrogatus dixit per omnia sicut federicus dictus et plus quod omnes de Chlanzano debent ire ad waitam vel schirawaitam exceptis pistoribus abbatisse. Item dixit quod milites Sacci iverunt cum eo ad schirawaitam.

Item Hermannus de Taorjano iuratus et interrogatus dixit quod omnes homines de Taoriano ibant ad waitam Civitatis et ad fosatum et alia oportuna ipsius terre exceptis magistris de muro. Item dixit quod quondam usque vadunt a coquina D. Patriarche non debeat ire ad waitam sed cum sunt extra debent ire ad waitam et sit quod dominus Mainetti ibat ad waitam.

Item Pulinus eiusdem loci iuratus et interrogatus dixit per omnia sicut Hermannus.

Item Petrus eiusdem loci iuratus et interrogatus dixit per omnia sicut Hermannus excepto quod non recordabatur quod dominus Mainetti iverit ad waitam.

Item eodem anno quinto die exeunte februario in foro austrie

Civitatis. presentibus dominis Henrico castaldione Civitatis, Grano, Advocato. falzitto Vdino. Iohanne girmula et aliis. Hermannus Bussini de Civitate iuratus et interogatus dixit quod apud patrem suum qui fuit portarius porte broxiane et apud ipsum qui etiam fuit portarius veniebant omnes de vernas et de Teyzano tam masarii illorum de Viletta quam alii et faciebant portuna terre Civitatis.

Ego Dominicus Civitatensis imperiali auctoritate Notarius dicta suprascriptorum testium omnia audivi et rogatus ea scripsi.

Da perg. orig. ... Museo di Cividale Busta I N. 10

Item sub anno MCCLXIIII. ind. VII. die quartodecimo intrante mense Februario, in Austria Civitate, in Ecl. S. Io. Baptiste, presentibus d. Henrico Castaldione Civitatis, Conrado Bederla, Henrico Tapotto, Adamo Stacionario et aliis.
Iacobus de Muymacho iuratus et interogatus de predictis dixit quod procento ... sciebat quod omnes rustici de Muymacho, tam massarii d. Andree de Canussio quam aliorum militum et clericorum faciebant et veniebant ad waytam et etiam illi de Cavandis et scit quod illi de Villalta habebant unum mansum et domini in Muymacho supra quo stabant eorum homines de masnata et ideo non faciebant waytam, sed postmodum affitavit eundem mansum aliis quibus datum fuit venire ad waytam et quia noluerunt facere waytam impignorati fuerunt et vendita eorum pignora bis.
Item Martinus Cant eiusdem ville iuratus et interogatus dixit per omnia sicut Iacobus supradictus

Ego Dominicus notarius ut supra

Dal libro Waite e Schiraratto di Cividale Originale Arch. Not. Udine

Stampato

1274. 25 luglio. Cividale. Esame di testimoni sugli obblighi di far le waite (guardie) in Cividale che hanno i massari del q. d. Marquardo di Soffumberg.

nomine domini amen. Anno eiusdem millesimo CC.LXXIIII. secunda indicione. die septimo exeunte Julio. in Austria Civitate. supra solario Comunitatis. presentibus dominis Wolrico decano Civitatis. Johanne de Zucula Potestate Civitatis. Brandilisio. Henrico Tasotto. Andrea de Canussio. Odolrico filio Johannis Longi. Gratiano. Nodino. Galengano. Bussino portario Civitatis et Bultinico de Rubignacho et aliis.
Cum questio verteretur inter predictum d. Johannem de Zucula Potestatem. Consilium et Comune Civitatis ex una parte. Wolricum filium quondam d. Marquardi de Scharfumberch ex altera, supra eo quod dicti Potestas et Comune dicebant quod Massarii ipsius Wolrici de Cotta tenebantur facere Waytam et aliud Ploviquum Civitatis Austrie. et quod dicti Comune cum alias esset questio obtinuerant quod iidem Massarii Waytam et Ploviguum huiusmodi facere tenebantur. Memorati Comune ad hoc probandum testes produxerunt inferius annotatos. scilicet predictos dominos Henricum Tasoth. Galenganum. Gratianum. Bussinum portarium. Fruzerinum et Bussinum de Toryano.
D. Henricus Tasoth productus testis supra predictis per iuramentum quod fecerat Comuni Civitatis dixit. quod tempore quodam quo ipse testis erat Gastaldio Civitatis. dicti Massarii vivente quondam d. Marquardo de Sorfumberch (sic) patre ipsius Wolrici fecerunt et faciebant predicte Civitatis huiusmodi waytam et ploviguum dixit tamen quod nesciebat utrum hoc fecissent de iure vel non.
Item Galenganus productus est supra predictis per iuramentum quod fecerat Comuni Civitatis dixit. quod scit et recordatur. quod cum alias supra predictis esset questio quondam d. Johanne de Cucanea se appellante et faciente dicti Wolrici et fratrum commissario obtinuerunt dicti Comune coram d. Gyrardino tunc Gastaldione Civitatis. quod dicti Massarii huiusmodi waytam et ploviguum facere tenebantur.

Item Gracianus productus testis supra predictis per iuramentum quod fecerat Comuni Civitatis dixit per omnia sicut idem d. Galenganus.

Item Bassinus postarius productus testis supra predictis per iuramentum quod fecerat Comuni Civitatis. dixit per omnia sicut prefatus d. Galenganus. hoc supra addens, quod obtinuerunt dicti Comune et probaverunt per quondam Pelegrinum de Cornoleto et quondam Johannem dictum Merchedant. et quondam d. Ulricum de Ypliis. quod iidem Massarii huiusmodi waytam et plovigum facere tenebantur.

Item Fregerinus de Torgano iuratus et interogatus suo sacramento dixit. quod scit et recordatur. quod dicti Massarii vivente predicto d. Marquardo veniebant cum dicto Fregerino una ad faciendum fossatum Civitatis predicte. et ad ducendum spinas et ad faciendum waytam et plovigum.

Item predictus Bassinus de Torgano iuratus et interogatus suo sacramento dixit se recordari et scire. quod pater suus cum esset Comandus ville de Torgano predictis Massariis. quod venirent ad faciendum dictam waytam et plovigum in Civitate predicta. et quod ipsi ad mandatum ipsius veniebant ad waytam et plovigum huiusmodi faciendum.

Ego Fantobonus dictus Bonattus imperiali auctoritate Notarius predictis interfui et rogatus ea scripsi.

Da copia del sec. XIV nel Vol. Statuta Civ. Austrie a pag. 23 tergo.

V. 1263. 8 Maggio e seguenti e

e 1302 — Statuto Cividalese

sulle wayt...

Stampato

1 1274, 25 Luglio. Cividale ~~Esame~~ di testimonj nell'obbligo dei massari de' Signori di Soffumberch in Costa di fare la waita in Cividale.

In nomine domini Amen. Anno eiusdem Mill. CC. LXXIIII. secunda indictione die VII exeunte Julio, in Austria Civitate super solarium Comunitatis. presentibus dominis Wolrico decano civitatensi Johanne de Zucola potestate civitatense. Brandilisio. Henrico Tasoto. Andrea de Caruso. Odolrico filio Johannis Longi. Gratiano. Vodiro Galangano. Busino portario civitatis et Bultinico de Premignaco et aliis.. Cum questio verteretur inter predictum D. Johannem de Zucola Potestatem Consilium et Comune Civitatense ex una parte. Wolricum filium q. D. Marquardi de Sorfumberch ex altera super eo quod dicti Potestas et Comune dicebant quod Massarii ipsius Wolrici de Costa tenebantur facere waytam et aliud ploriguen Civ. Austrie et quod dictum Comune cum alias super hoc esset questio obtinuerunt quod iidem Massarii waitam et plorigum huiusmodi facere tenebantur, memorati Comune ad probandum testes produxerunt inferius annotatos scilicet predictos D. Henricum Tasot, Galanganum, Gratianum, Businum portarium, Frugerinum et Businum de Taurianos. D. Henricus Tasot productus testis supra predictis per iuramentum quod fecerat Comuni Civitatensi dixit quod tempore quodam quo ipse testis erat Gastaldio Civitatensis, dicti Massarii vivente quondam D. Marquardo de Sorfumberch patre ipsius Wolrici fecerunt et faciebant predicte Civitatis huiusmodi waytam et plorigam dixit tamen quod nesciebat utrum hoc fecissent de iure vel non.. Item Galanganus productus est supra predictis per iuramentum quod fecerat Comuni Civitatensi dixit, quod scit et recordatur quod cum alias supra predictis esset questio quondam D. Johanne de Cucanea se appellante et faciente dicti Wolrici et fratrum commissaria obtinuerunt dicti Comune coram D. Gis[illegible]dino tunc Gastaldione

Civitatis quod dicti Massarii huiusmodi waitam et plovizum facere tenebantur. Item Gratianus productus testis supra predictis per iuramentum quod fecerat Communi civitatemque dixit per omnia sicut idem D. Galbiganus. Item Bussinus portarius productus testis supra predictis per iuramentum quod fecerat Communi Civitatemque dixit per omnia sicut prefatus D. Galbiganus, hoc super eisdem quod obtinuerant dicti Comune et probaverant per quondam Pellegrinum de Cornoleto et quondam Iohannem dictum Henodeidant et quondam D. Henricum de Iglis quod iidem Massarii huiusmodi waytam et plovizum facere tenebantur. Item Fruzerinus de Tauriano iuratus et interrogatus suo sacramento dixit quod scit et recordatur quod dicti Massarii vivente predicto D. Marquardo veniebant cum dicto Fruzerino una ad faciendum fossatum Civitatis predicte et ad ducendum spinas et ad faciendum waitas et plovizum et predictus Bussinus interrogatus suo sacramento dixit se recordari et scire quod pater suus dum esset Comandus Ville de Tauriano precipiebat dictis Massariis quod venirent ad faciendum waytam et plovizum in Civitate predicta et quod ipsi ad mandatum suum veniebant ad waytam et plovizum huiusmodi faciendum

Ego Fantabonus dictus Bonattus imperiali auctoritate Notarius predictis interfui et rogatus scripsi.

Perg. orig. nell'Arch. Mun.e di Cividale Bu. Ant. I.

1263, 19 maggio. Presso il Rivo Barbaro. Composizione per sentenza arbitraria fra l'Abate di Moggio e Glizojo di Venzone col Comune di Venzone per un pascolo presso il detto Rivo.

Da copia riveduta nel Vol. VI Alleg. Bianchi, pag. 31.

8

Anno Domini MCCLXIII, ind. sexta, die XIII exeunte madio, in presentia D. Volrico Cadubrino Canonico Civitatensi atque Preposito S. Petri, Vezelono Priori Monasterii Mosacensis, Zeroldo de Lagio, Hermano de Lonta, Bualono de Bragolins, Jacobo Visich de Glemona, Zutto dicto Ceriol de eodem loco, Wolrico de Rifenberch, Henrico de Cuniza, Henrico Heralini cive Civitatense, Bertoldo de eodem loco, Johanne de Notio et aliis.

Cum quedam lis seu discordia mota fuisset inter D. Vezelonem Abbatem Monasterii Mosacensis et Conventum eius ex parte una et D. Glizoium de Venzono et Comune de Venzono ex altera parte de facto unius pascui, de comuni voluntate partium idem D. Abas per se et suos successores et eius conventum ipsorum voluntate et consensu et D. Glizoius per se et Comune de Venzono compromiserunt in D. Bubulonem de Bragolino et in D. Hermanum de Lonta et in Jacobum Visich de Glemona et in Zuttum Ceriol de eodem loco tanquam in amicos seu arbitros et amicabiles compositores, promittentes sub pena centum marcarum denariorum aquilegensium pro qualibet parte ratam et firmam habere tenere ac perpetualiter observare supra omnibus eorum bonis quidquid per dictos amicos seu arbitros dictum et sententiatum fuerit tam amoris quam ratione nomine inter eos qui arbitri et amici examinato facto litis et discordie orte inter eos per seniores et habito consilio sapientum. In primis ordinaverunt et sententiaverunt quod D. Abas predictus et D. Glizoius notatus ad invicem convenerunt sub pena predicta et amando fiat amice ad invicem qui obviam unus versus alium fuerunt et venerunt ad invicem et ceperunt se per manus et strinxerunt se ad invicem et fuerunt amici.

Item ordinaverunt et sententiaverunt et sententiando pronunciaverunt quod D. Glizoius et Comune de Venzono amando uti debent cum pascolatione et incisione a rivo proximo qui labitur ab ista parte fabrice Vilant versus Venzonum in monte et plano ad eorum voluntatem et utilitatem sine

contraditione alterius partis, in quo rivo est quidam lapis cum cruce una in eius facta pro signo et divisione dicti pascui inter eos, et D. Abbas et sui singuli modo debeant uti a rivo predicto versus Mattium in monte et plano ad eorum voluntatem et utilitatem sine contradictione D. Glizoi et hominum de Vergono;

Item ordinaverunt et sententiaverunt quod si qua pars contra predicta faceret aut veniret, quod pena sit soluta parti ipse contravenienti totiens quoties contra eorum sententiam venire tentaverit, qua soluta vel non, tamen presens instrumentum nichilominus in suam semper firmitatem permaneat. De qua lite et discordia et sententia data duo ordinaverunt fieri instrumenta per manum mei Notarii subscripti unius tenoris.

Actum in prato uno parvo sito iuxta rivum Barbari versus Mottum

Ego Omnebonum sacri imperii notarius interfui, rogatus scribere scripsi.

1263, 19 maggio. Su un prato presso il Rio Barbaro. Sentenza arbitrale per questioni di paludi e boschi tra l'Abbate di Moggio e D. Glizojo ed il Comune di Venzone.

9

Dal vol. X, p. 89 della Colleg. Barnaba da processo tra il Curato e villa di Portis ed il Comune di Venzone.

A. D. MCCLXIII, ind. VI, die XIII exeunte madio, in presencia dominorum Volrico Cadubrino canonico civitatense et preposito S. Petri, Vezeloni priori monasterii Mosacensis, Geroldo de Legio, Hermano de Lonta, Bonaldo de Bragolins, Jacobo Visich de Glemona, Zutto dicto Zeriol de eodem loco, Volrico de Spilinbergo, Henrico de Cuniza, Henrico [illegible] cive civitatense, Bertoldo de eodem loco, Johanne de Hotio et aliis.

Cum quedam lis seu discordia mota fuisset inter D. Vezelonem abbatem monasterii Mosacensis et conventum eius ex una parte et D. Glizolium et Comune de Venzono ex altera parte, de facto unius pasui, de comunitate partium, idem D. Abbas pro se et suos successores et eius conventum, ipsorum voluntate et consensu et D. Glizolius per se et Comune de Venzono compromiserunt in D. Bonalonem de Bragolins et in D. Hermannum de Lonta et in Jacobum Visich de Glemona et in Zuttum Zeriol de eodem loco tanquam in amicos seu arbitros et amicabiles compositores, promittentes sub pena centum marcharum denariorum aquilegensium pro qualibet parte, ratum et firmum habere tenere ac perpetualiter observare super omnibus eorum bonis quidquid per dictos arbitros seu arbitros dictum et sententiatum fuerit tam amoris quam rationis nomine inter eos. Qui arbitri et amici examinato facto litis et discordie orte inter eos per seniores et habito consilio sapientum in primis ordinaverunt et sententiaverunt quod D. Abbas predictus et D. Glizolius nominatus ad invicem conveniant [illegible] pena predicta et amando sint amici adinvicem, qui bonam [illegible] alium fecerunt et venerunt ad

invicem et ceperunt se per manus et strinxerunt se ad invicem et fuerunt amici.

Item laudaverunt et sententiaverunt et sententiando pronunciaverunt quod [illegible] Ghyslinus et Comune de Vergino [illegible] debeant cum pascu lo [illegible] et vicinie a rivo proximo qui labitur ab ista parte fabrice villam versus [illegible] a monte et plano ad eorum voluntatem et utilitatem sine contradictione alterius partis, ubi [illegible] est quidam lapis cum cruce una in [illegible] facta pro signo et divisione dicti pascui inter eos et D. [illegible] debeant [illegible] et a rivo predicto versus [illegible] in monte et plano ad eorum voluntatem et utilitatem sine contra dictione [illegible] et hominum de Vergino.

Item ordinaverunt et sententiaverunt quod si aliqua pars contra predicta faceret vel veniret, quod pena sit soluta parti ipsi contravenienti toties quoties contra eorum sententiam venire tentaverit, qua pena soluta vel non, tamen presens instrumentum nihilominus in suam semper firmitatem permaneat. De qua lite et discordia et sententia data, duo ordinaverunt fieri instrumenta per manum mei notarii subscripti unius tenoris. Et actum in prato uno parvo iuxta rivum Barbar versus Motiam.

Ego Omnebonum sacri imperii notarius interfui, rogatus et hec scripsi.

1263. 17 Dec. Cividale. Il Patr. d'Aquil. abolisce certi diritti dell'Arcidiacono d'Aquileja.

In Xti. Nomine Amen.

Anno a Nativitate ejusdem 1263. Ind. 7. apud Civitatem Austriae in anticamera Patriarchali die 15 exeunte mensis Decembris; praesentibus Dnis Anardo Dei Gratia Petenensi Episcopo, Transimundo de Agnagnia Dni Papae Capellano, Fratre Leonardo Lectore Fratrum Praedicatorum, Jacobo filio mri Ottonelli de Civitate, Sclavo de Campo Dni Gregorii Dei Gratia Patriarchae Aquilejensis Capellano, Joanne de Cucanea, Magistro Ycario Physico, qui fuit de Pensio, Dno Ruffino de Ponte de Placentia testibus ad hoc vocatis, et rogatis, et aliis quampluribus.

Arcidiac.

Ibique Pater, et Dnus Gregorius Dei Gratia S. Aquilejensis Sedis Patriarcha infrascriptam ordinationem, seu statutum protulit in hunc modum. Videlicet Dilectus Filius Johannes Archidiaconus Aquilegensis quaedam jura et consuetudines, quae vel quas super constituendis, seu habendis juratis in Archidiaconatu suo ad denunciationem excessuum faciendam dignoscitur habuisse, nec non quoddam jus aliud, quod super certa quantitate Avenae, quam sibi ab habitantibus in Burgis, et mercato de Utino sibi deberi de jure dicebat, mota super hoc ipsis habitantibus per eundem Archidiaconum in judicio quaestione sponte ac libere ad requisitionem nostram in nostris manibus resignavit in praesentia mei subscripti Notarii, et testium praedictorum, ut de illis disponeremus secundum Deum, et utilem statum Terrae pro nostrae arbitrio voluntatis. Ad majorem ergo rei evidentiam eodem Archidiacono praesente et consentiente sic duximus judicandum, statuendum et ordinandum.

Stampato nel Madrisio Op. S. Paolino al N XVIII appendice et Leiis p. 700 e Bonzolo Ceriodo d'Udine pag. 2.

Ut idem Archidiaconus, et successores sui, nullos juratos de caetero in aliquo loco constituere debeant, vel habere. Volumus etiam, et ordinamus, ut illa quantitas Avenae, quam sibi praedictus Archidiaconus ab habitantibus in Burgis et mercato de Utino deberi dicebat, ab ipsis per eundem Archidiaconum vel successores suos nullatenus exigatur, nec ipsi habitantes ipsis solvere de caetero teneantur; sed praedicta omnia nobis, et Ecclesiae nostrae duximus retinenda.

Statuimus insuper et praecipimus, ut Archidiaconus Aquilegensis qui pro tempore fuerit, per se Procuratorem, vel Vicarium, si voluerit Visitatorem nullam denunciationem deinceps recipiat, vel inquisitionem faciat de auditu. De manifestis tamen excessibus ad Ecclesiasticum forum spectantibus, qui ad eum Procuratorem, vel Vicarium suum per accusationem vel querimoniam pervenerint cognoscere possint, et debeant, judicare, et poenas infligere consuetas; ad haec caetera jura Archidiaconatus, et consuetudines tam in Visitationibus, quam Procurationibus eidem Archidiacono vel Vicario suo ratione Visitationis praestandis, petitionem, et receptionem cujusdam quantitatis Avenae a certis hominibus sui Archidiaconatus sibi debitae, insuper petitionem et receptionem Denariorum a Plebibus, qui Denarii dicuntur, Denarii Pascae, seu Archidiaconatus, ac aliorum Denariorum in omnibus locis, et plebis, in quibus, et a quibus Archidiaconus recipere consuevit, seu habere debet de consuetudine, vel de jure, et generaliter omnia jura, quae Archidiaconus, vel sui Praedecessores habuerunt de consuetudine, vel de jure, in quibus eis detractum non est, privilegio speciali sibi integrum reservamus.

Ad praedictam autem nostram ordinationem faciendam multiplex ratio nos induxit, praecipue tamen fuit multorum remotio scandalorum, et ipsorum ardens malitia juratorum; sicut enim pro certo didicimus iidem jurati non quaerentes quae Dei sunt, sed quae sua, ex concepta malitia denunciabant innoxios, culpabiles

relinquentes gratia, vel amore, et quoque propter illicitas pactiones, unde sequebatur, quod ad denunciationem eorum damnabantur innocij, vel saltem, et si non juris, facti tamen infamiam incurrebant. Quod quidem inter subjectos nostros gravia scandala suscitabat. Ad hec cum ad petitionis et supplicationis instantiam dilectorum nostrorum Communis de Utino Ecclesie nostre nihilominus, ac ipsius loci utilitate non modica suadente certos Canonicos in predicto loco de Utino decrevimus ordinandos.

Volumus, ordinamus, et statuimus, ut medietatem redditum quondam Plebis vacantis, et Ecclesie, que nunc dicitur S. Vuodlici de Utino Canonici instituendi, cum a Nobis instituti fuerint, quod percipere debeant, et habere. Attendentes autem, quod ex predicta ordinatione nostra Archidiaconus Aquilegensis in annuis redditibus non modicum damnum incurrit: Considerantes etiam alias ipsius Archidiaconatus redditus fuisse, et esse tenues, et exiles, aliam medietatem redditum quondam predicte Plebis vacantis, et predicte Ecclesie Sancti Vuoradlici in recompensationem redditum subtractorum eidem Archidiacono pro se, et successoribus suis duxit assignandam. Investientes ex nunc manu propria eundem Archidiaconum de medietate redditum predictorum.

Preterea institutionem, et destitutionem in Capellis, et inferiorum Sacerdotum, et Clericorum in predicta Ecclesia, que dicitur Sancti Vuodlici ad Archidiaconum Aquilegensem, qui pro tempore fuerit, de cetero volumus, et statuimus pertinere, statuentes atque precipientes, ut nullus apud Ecclesiam, que est in Castro de Utino, que quondam Plebs erat, debeat de cetero sepeliri, seu etiam baptizari, aut alia recipere Ecclesiastica Sacramenta, nec ibi Populus conveniat solemniter ad divina, sed apud Ecclesiam inferiorem, que nunc dicitur Sancti Vuorlici omnes sepeliantur, baptizentur, et conveniant ad divina ibidem recepturi Ecclesiastica Sacramenta, quam eamdem Ecclesiam, que quondam Plebs erat, eidem Ecclesie, que dicitur Sancti Vuodlici de Utino tanquam Capellam suae matrici volumus et ordinamus in omnibus esse subjectam.

In cujus rei evidentiam, et publicam, et stabilem firmitatem memoratus Dominus Gregorius Patriarcha Aquilegensis instrumentum presens fecit sui pendentis sigilli munimine roboratum &c.

Et Joannes de Lovaria natus quondam Simonis Aquilegensis Diecesis publicus Imperialis Notarius ex commissione sibi facta per Magnificum, et generosum Virum Dominum Leonardum Justiniano pro Inclita Celsitudine V^a. . . . . prout invenit et reperit in notis et abbreviaturis q^m. Joannis de Lupico notarij et Scribe supradicti Domini Patriarche, nil addendo, vel diminuendo quod sensum mutet, vel intellectum rogatus et requisitus fideliter publicavit, et in publicam formam redegit, signo nomineque suis oppositis consuetis in fidem ac testimonium premissorum omnium et singulorum.

S. N.

Antescriptum Decretum ex consimili antiquo caractere descripto in quodam folio existente penes D. Rev. D. Agricolam Agricolae Oratorij hujus Civitatis aliena manu

manu exemplatum excepta quadam
annotat.ne in margine p.ti folii desimiliter
scripta, quia facta incontrat.de
concordare invenit ves.ee in fid. subt.
et signavit
Ant.s Martinelli P.V.A. Not.s Coll.i Utini
Utini die 15 Martij 1719. L.D.O.M.

Suprascriptum documentum ex consimili
annot.ne quodam Volumine rubra cooperto,
et intus inscripto (Memorie sacre antiche
della Città d'Udine, Diocesi d'Aquileja, e
Patria del Friuli) existente penes V. Congre=
gationem Oratorii hujus Civitatis, transcri=
ptum est per sibi fidam manum [illegible]
et facta collatione se in fidem [illegible]
sub.t
Joseph-And.s Pittinis de Zeraffinis Not.s
Coll.s
Utini die 4 Xbris 1777.

A.

1264, 16 ottobre: Cividale? D. Landino nipote del Patriarca Gregorio di Montelongo investì il [illegible] Odorliguccio di Pulcinigo di un molino nella roja di Bragarola.

Dal Vol. I Pergam. dell'Ab. di Sesto. A Arch. di Stato in Venezia

In christi nomine amen. Anno eiusdem millesimo ducentesimo sexagesimo quarto. Indictione septima, die sextodecimo intrante mense octubris in Austria Civitate in domo Florantini hospitatoris Civitatis in quadam camera presentibus dominis Bernardo de Zucula. Asquino de Varmo. Anzo de Mels. Valterbertoldo de Spenimberco. Cozenello de sancto Daniele. Plasentero filio olim Vernardi de Caors et aliis.

D. Lando nepos venerabilis patris D. G(regorii) sancte aquilegensis sedis Patriarche de uno molandino iacente in Roia de Baniarolla cum omnibus rotis ipsius ab utraque parte aque et cum silva pertinente ad ipsum molandinum atque cum omnibus eiusdem molandini pertinenciis, quod habebat et tenebat a domino Abbate Sextensi ut dicebat ad rectum et legale feudum Odorliguccium filium olim D. .... cibi de Pulcinica investivit recipiendo ab ipso Odorlignccio fidem et basalatium (sic) tanquam Dominus a basallo: dedit eidem Odorliguccio in nuncium ponendi in tenutam dicti molandini et silve Plasenterium supradictum.

Ego Dominicus Civitatensis imp. auct. notarius predictis interfui et rogatus scripsi.

Trascritta dal Pag. Bianchi da una copia nell'Arch. Cap. t. Udine.

[illegible]

A. D. 120c. ind. die XIV intrante octobr, in presentia D. Ul-
dorij de Montergali, D. Alioti eius filij, Samuelis de Marinco Livi,
Alberti de Malusco, Purfili filij D. Johannis Malifui de Monter-
gali, Arrici Spifardi eiusdem loci et aliorum.

D. Guerlinus de Montergali petiit Gyslam filiam Piloti de villa
Calavessi si ipsam cum eo ire volebat quia paratus erat ipsam auxi-
liari et suum adiutorium ei dare volebat supra violenciam quam dice-
batur sibi factam fuisse per Walterum Bertoldum filium D. Sybelli.

Ad hec dicta Gysla respondit, quod cum eo ire nolebat quia illud quod
ipse fecerat fuit cum sua licencia et voluntate et quod ivet cum omni quod nec ex ?
gratia quia penitus cum eo ire nolebat sed volebat apud dictum Wolte-
rum Bertoldum remanere. Actum Calavessij.

1265. 21 Gennajo. Cividale. Il patriarca d'Aquileja Gregorio ricupera due anelli con pietre preziose da lui impegnati per 100 marche di denari.

Anno MCC.LXV VIII indictione. apud Civitatem in camera patriarchali die XI exeunte mensis Ianuarii presentibus fratre Johanne guardiano fratrum minorum Civitatensium et fratre Girardo de Mutina ordinis minorum et magistro Nicolao de Lupico d. Gregorii dei gratia patriarche Aquilegensis cancellario, d. Raynaldo Raynaldini milite Saucate et Jacobo Basadonna de Cremona testibus ad hoc vocatis et rogatis et aliis

Venerabilis pater d. Gregorius dei gratia sancte Aquilegensis sedis patriarcha confessus fuit et volentus se recepisse et in se habuisse et recepit me subscripto notario presente ac vidente a Johanne Lauco de Venetiis duos anulos aureos in altero quorum erat lapis rubini grossus et optimus et in alio lapis smaragdus optimus. quos idem d. patriarcha eidem d. Johanni specialiter pignore obligaverat pro centum marchis aquilegensis monete quas dictus d. patriarcha confessus fuit in se recepisse et habuisse ab ipso Johanne Lauco secundum quod continetur in quodam instrumento confecto per me subscriptum Notarium sigillo d. patriarche munito supra finem remissionem et refutationem medietati gratie mille amphorarum vini et alterius gratie centum triginta aliarum amphorarum vini, faciens eidem Johanni finem remissionem et refutationem de amplius non petendo dictos anulos aut lapides contentos in ipsis etc. promittens eidem Johanni sub pena dupli dictorum anulorum et lapidum sollempniter premissa et stipulatione ~~stipulatione~~ [illegible] et refutationem et in stipulatione deducta contra finem remissionem et refutationem aliquo umquam tempore aliquatenus non venire per se vel per interpositam personam ratione aliqua sive causa, qua soluta vel non insuper presens nichilominus obtineat plenum robur.

Ego Johannes de Lupico sacri imperii publicus notarius hiis presens interfui et rogatus scripsi in formam publicam reducendo

Dal protocollo di Gio. di Lupico. Arch. Not. Udine.

1265, 25 gennajo. Gorizia. Mainardo ed Alberto Conti di Gorizia concedono a Sighero di Vischenbech i beni che avea in feudo Marchelino di Rittersperg.

Goricię octavo Kalendas Februarij 1265 14

Mainardus, et Albertus Comites Goritię et Tyrolis concedunt Sighero de Visschenbech, ~~seu potius de Venchenberch~~, et heredibus suis in rectum, et legale pheudum bona vacantia per mortem Marchelini de Rittersberg.

Nos Mainardus, et albertus Comites Goritia et Tyrolis, et Ecclesiarum Aquileiensis Tridentinae, et Brixinensis Advo=
= cati tenore presentium profitemur, et singulorum noti=
= tiis ad quos presens scriptum pervenerit quod bona
nunc per mortem pie memorie Mankelini de Ritterperg
ibidem scilicet vel alibi . . . -nt vacare ceperunt cum
omnibus pertinentiis suis pratis silvis, et pascuis ultis
et multis Sighero de Wisskenweck (seu potius de Weissenbeck) et heredibus suis
utriusque sexus, ac etiam fratribus suis in feudum rectum
contulimus, et legale perpetuo possidendum conditione hic
interiecta, quod si forte nunc, vel postmodum aliquis nos
vel dictum Sigherum, heredes aut fratres suos pro bonis im=
peteret memoratis nos pro ipsis stare tenebimur bona fide
et favorabiliter adiuvare. Quod si per modum Justitia
a nobis obtenta (ablata) fuerint dicta bona, memorato Sighero here=
= dibus, et fratribus suis damnum, quod exinde receperint
tenebimur resarcire, et ad presentium memoriam, et sta=
= bilem firmitatem presens scriptum conficii placuit, et
sigillorum nostrorum pendentium robore muniri. Actum
et Datum in Goritia anno Dni mill. Ducentesimo lxi Quinto
VIII Kalendas Februarij.

1265. .. Febbrajo. Cividale. Debito di 100 marche aquilejesi contratto dal Patriarca Gregorio con alcuni mercanti Sienesi per panni e pelli da lui comperate per uso proprio e della sua Corte.

15

Millesimo CC LXV. VIII indictione, apud Civitatem in camera patriarchali die ... intrante mensis Februarii. presentibus d. Alberto dei gratia patriarche aquilegensis vicedomino, d. Wezellone abbate Rosacensi, d. Wezellone abbate Belliniense, magistro Nicolao de Lupico cancellario, dominis Ropretto de Budrio, Frederico Castaldione Utinii et d. Johanne de P.... cive Clavientino, Johanne Longo de Civitate et Walterio de Pinzano testibus ad hoc vocatis et rogatis et aliis quampluribus.

Venerabilis pater d. Gregorius dei gratia sancte Aquilegensis sedis patriarcha confessus fuit manifestus et contentus se recepisse et habuisse a d. Raynaldo Raynaldini milite Senensi et Petro Belino cive et mercatore Senense pro se suo nomine et nomine aliorum sociorum eorumdem civium et mercatorum Senensium tantum in pannis de colore et pellibus pro fodris quod capit ducentas marchas aquilegensis monete et eosdem et pelles conversas et conversos in utilitate Ecclesie Aquilegensis scilicet in vestibus d. patriarche et familie sue renuncians exceptioni non receptorum et non mensuratorum pannorum tempore contractus et aliquo suo iuri. Quas predictas ducentas marchas eiusdem monete memoratus d. Gregorius patriarcha nomine Aquilegensis Ecclesie cum obligatione bonorum ipsius Ecclesie ad pignus et sub pena quinquaginta marcharum dicte ... dictis d. Raynaldo et Petro Belino ... monete sollempniter promissa et in stipulatione deducta promisit et convenit dictis d. Raynaldo et Petro Belino recipientibus pro se et dictis sociis suis solvere et dare hinc ad festum beati Georgii proximo venturo aut eorum certo nuncio vel procuratore hoc instrumentum portanti cum omnibus dampnis expensis et interesse que vel quas dictos d. Raynaldum et Petrum aut alium pro eis incurreret contingeret vel haberet in iudicio sive extra post dictum terminum pro predictis denariis exigendis et habendis. Pena que predicta soluta vel non presens contractus nichilominus in sua firmitate perduret.

Renuncians insuper dictus d. patriarcha pro se suisque successoribus nomine Aquilegensis Ecclesie privilegio clericali fori et omni legis et iuris auxilio canonico videlicet et civili, statuto et consuetudini tacitis et expressis quibus contra predicta vel aliquod predictorum se posset defendere aliquatenus et tueri et quod finis solutio et remissio dicte pecunie demonstrari possit nisi cum hoc Instrumento cancellato vel inciso vel cum alio facto manu boni et legalis nostri Notarii . . . in presentia quinque bonorum virorum in . . . . . . memoratus D. Gregorius patriarcha instrumentum presens in stit sui sigilli pendentis munimine roborari

Ego Johannes de Lupico sacri imperii publicus notarius his presens interfui et rogatus scripsi in formam publicam redigendo

Dal protocollo di Giovanni di Lupico – Arch. Not. Udine.

1405, 11 maggio. Venezia. Il Patriarca d'Aquileja Gregorio investe Marino Gorgi di Venezia di otto mansi in Belvedere e dell'isola di Centenaria

Giovanni de Lupico notajo Arch. Not. Udine (molto guasto)

... MCCCCV, XIII inditione apud Venetias ... die XI mensis marcij, presentibus D. Iohanne archidiacono Aquilegensi, Magistro Nicolao de Lupico D. Gregorij Patriarche Aquilegensis cancellario, M.° Antonio qui fuit de Perusio medico ipsius D. Patriarche et Marino Goppo de Venecijs testibus ad hoc vocatis et rogatis et alijs quamplurimis.

Venerabilis Pater D. Gregorius Dei gratia Sancte Aquilegensis Sedis Patriarcha pro se suisque Successoribus nomine Aquilegensis Ecclesie dedit, concessit et investivit D. Marinum Gorzanum recipientem pro se et heredibus ad rectum feudum Aquilegie de octo mansis iacentibus in villa de Belvedere et alijs certis bonis existentibus in villa eadem, quorum mansorum duo coluntur per Titussium et Zuffum et alii erant destituti et de dicta Insula de Centenaria, quos mansos et bona et totum predictum Insulam Mathiussius filius quondam D. Mathie de Aquilegia habuerat et dicebat ad rectum et legale feudum ab ipso D. Patriarcha et ab Ecclesia Aquilegensi. Confines quorum mansorum et bonorum et Insule predictorum sunt hii: a una parte est territorium Monasterii Belliniensis, ab alia est territorium Ville de Morsano sub Aquilegia, a tercia parte est aqua salsa et si qui alii sunt confines, cum omni iure actione reali et personali, utili et directo, usu, requisitione, dominio et honorantia in pratis, campis, terris cultis et incultis, silvis, pascuis, nemoribus, molendinis, postis molendinorum, ... aquis, aquarum ductibus, viceis, ... edificiis, venationibus, piscationibus et cum omnibus viis superioribus et inferioribus atque cum omnibus suis

dissertati?

viij

adiacentiis et pertinentiis spectantibus ad mansos, bona et Insulam supradictam, ad habendum, tenendum, possidendum, vendendum, donandum et obligandum, alienandum pro anima et corpore iudicandum et quidquid ~~voluerint~~ perpetuo faciendum absque condicione. Ejus d. Patriarche et successorum suorum. Salvo tamen quod predictus D. Marinus et ipsius heredes vel ...... aut vendere voluerint dictos mansos et bona ac Insulam supradictam seu partem ipsorum non possint vendere, dare, donare, alienare, obligare et pro anima vel ~~et~~ corpore iudicare alicui potenti persone libere vel servo ... Ecclesie ex quos cuipiam sive sancti Spiritu[illegible] me moratis Domino Patriarche . . [illegible], etc.]

[illegible] d'Udine [illegible]

[illegible] come segue:

[illegible] 11 martij . Gregorius Patriarcha investit Marinum [illegible] zana . . . [illegible] de [illegible] in [illegible] et de tota insula de Cendenari, [illegible] annuatim tres [illegible]

1265, 16 marzo. I Signori Alpino, Borgogna, Federico e During fratelli di Varmo donano a Pazienza Monaca del Monastero di Cortanzago il luogo dell' Ospitale di Vendoy tra Varmo e Madrisio e beni. 17

Dal Vol. II Processi in atti di Giovanni a Vaijs notaio di Udine, Arch. Not. Udine
Dal Processo Monastero di Varmo 1436.

In Christi nomine. Anno Domini M.CCLXV, indictione octava, die sextodecimo intrante marcio, in presentia rogatorum testium scilicet Dominorum, Folchi presbiteri de Gradischa, Marchi de Rivarotta, Uuca de Mels, Mathie de Baia, Vezani et Pincivalli de Sbruglavacha, Fusci olim de Quadrivio habitantis in Varmo et aliorum plurimorum.

Ibi Domini Alpinus, Burgonia, Fridericus et Duringus fratres de Varmo iure et nomine pure et irrevocabilis donationis que dicitur intervivos ex comuni eorum voluntate ad honorem et laudem Dei et sue Matris semper Virginis Marie et Omnium Sanctorum et Sanctarum Dei pro remissione omnium peccatorum suorum et suorum parentum omnium, ad proprium concesserunt, tradiderunt, dederunt, transtulerunt atque mandaverunt Domine Paciencie Monace Monasterii Sancti Mathei de Cortanzago recipienti pro se et pro Abbatissa et Capitulo prefati Monasterii, Hospitale de Vendoy positum infra Varmum et Madrisium vel si qui alii sunt confines et unam quantitatem

terre cum silva, campis et lama. Dividitur namque predicta quantitas terre cum silva dictorum fratrum et ab aliis terris hoc modo: a capite fossati dicti Hospitalis, a superiori parte recte versus orientem, in capite campi qui est juxta lamam, ultra lamam usque ad fossatum quod ducit aquam ad molendinum et vadit dictum fossatum ab alia parte usque ad Hospitale predictum. In capite vero prescripte quantitatis est dictum Hospitale vel si qui alii sunt confines et nominatim molendinum. Simili modo sibi dederunt et tres mansos, unus quorum situs est in villa Varani olim regebatur per Oliverium, alius situs est in Nadrisio olim regebatur per Blanchum, tercius vero mansus situs in Vandoy olim regebatur per Pigardum vel si qui sibi alii sunt confines. Que Hospitale et molendinum et quam quantitatem terre et quos mansos sibi dederunt, ut superius legitur, cum domibus, curtis, ortis seu cum totis sediminibus, cum pratis, campis, pascuis, casalis, silvis, vineis, vitibus, arboribus fructiferis et infructiferis,
(sic) bupationibus, piscationibus, alluvionibus, margiciis ac districtis et venationibus et cum omni eorum honore, portibus

cum nemoribus et nevalibus cum caltis et incultis, cum ductibus aquarum et obluvionibus, cum introitibus et exitibus suis, cum superioribus et inferioribus suis et cum omnibus suis proprietariis, adiacentiis, pertinenciis et servitutibus suis et cum omni suo iure, ratione et actione reali et personali in predictis villis et in earum pertinenciis tam in monte quam in plano et omnibus locis eisdem hospitali, molendino, quantitati terre, mansis a celo usque ad abissum integre pertinentibus quod et quam habent in ipsis Hospitale, molendino, quantitate et mansis vel pro ipsis rebus quamcumque personam. Constituentes istam Dominam Pacienciam ut in rem suam procuratorem ut de cetero eadem Domina Paciencia et sua Abbatissa et suum Capitulum supradictum, dictum Hospitale et molendinum et dictam quantitatem terre et dictos mansos in perpetuum et sue successores habeant et teneant et quiete possideant cum plena potestate vendendi, donandi, alienandi, pignorandi, obligandi et pro anima et corpore iudicandi et totam suam voluntatem inde faciendi iure nomine proprietario sine omni contradictione predictorum fratrum.

~~mo~~cumque heredum vel alterius persone impedimento. Dicentes
vero fratres supradicta Hospitale et molendinum et supra-
dictam quantitatem terre et supradictos mansos sui iuris
esse et nulli alii esse data supradicta, tradita, cessa, tran-
slata, alienata, pignorata vel aliquo modo alienata nisi
iamdicte Domine Pacientie ut superius continetur. Promit-
tentes ipsi fratres per se et suos heredes cum obligatione omnium
suorum bonorum mobilium et immobilium, presentium et futu-
rorum predicte Domine Pacientie recipienti pro se et Abbatissa
et Capitulo supradicto in pena dupli supradictorum Hospitalis,
molendini, quantitatis terre et mansorum secundum quod nunc va-
lent et valebunt vel fuerint meliorata sub extimatione bonorum
hominum consilii loco minus decem soldis denariorum veronensium
parvorum, supradicta Hospitale et molendinum, quantitatem
terre et mansos supradictos eidem Domine Pacientie et supradicte
Abbatisse et Capitulo suisque successoribus semper cum ~~~~ ratione
varentare, deffendere et legitime auctorizare ab omni homine
et omni parte et persona, quod si non fecerint penam predictis
Domine Pacientie vel Abbatisse vel Capitulo solvant et pena

soluta contractus in sua permaneat firmitate omni excep-
tione remota quam omni auxilio legis renunciato et omne alio
iure quo possent aliquatenus contraire. Qui fratres
de supradictis fuere fideiussores et principales debitores
et loco ponendi dictam Dominam Pacientiam de supradictis
rebus in tenutam et possessionem iure et proprii obtulerunt
unum capucium supra altare Sancte Marie in Ecclesia dicti
Hospitalis loco dictarum rerum, quod capucium eadem Domina
Pacientia a manibus dictorum fratrum pro se et Abbatissa et
Capitulo ac successoribus suis sic recepit.

Actum in prenominatam Ecclesiam.

Ego Cadelus de Portilatisane sacri palacii notarius interfui
et rogatus scripsi et roboravi.

[illegible]

1265, 4 aprile. Gemona. Obblighi della Chiesa di Venzone verso quella di Gemona

18

Die IV intrante Aprili sub anno domini MCCLXV, inditione VIII, presentibus Stefano dicto Chiminia, Rodolfo dicto Fuzone, Odorlico dicto Bocafilloni, Ruffono de Stauliis, Chuzutone domine Cause, Furtino filio Sotarii, Oto filio Otolini de Portis et aliis.

D. Jacobus presbiter et vicarius Glemone dixit et ordinavit domino Meinardo sacerdoti de Venzono quod si vellit facere raciones quas tenetur facere Ecclesie Glemone pro capella Venzoni, quod erat presto ad faciendum Batismum et dare ei crisma et sicut (sic) dare hec et facere volebat et hec omnia predicebat (sic) ex parte Plebani Glemone. Ad hec prelibatus d. Meinardus respondit et dixit prefato D. Jacobo presbitero: Domine ego sum hic cum cereo Venzoni et sunt hic presbiteri de Venzono et Comune meum de Venzono dicit quod alia iura de predicto dare facere non debet nec tenetur nisi in vigilia Pentecostes tenetur Comune Venzoni deferre aquam in batismo Glemone et alias raciones facere et tenetur et peto ut michi crisma et alias raciones dare debeatis pro predicto Comune. Ad hec nominatus D. Jacobus dixit: Domine Meinardi, Capella Venzoni in vigilia Resurrectionis idest in tali die quod hodie est postquam fui hic Vicarius detullit aquam batismo Ecclesie de Glemona et si vultis facere raciones quas debetis pro capella, ea que facere debeo pro Ecclesia Glemone faciam incontinenti. Dixit autem non.

Actum Glemone in Ecclesia in choro

Dagli atti di Giacomo Nibissio di Gemona notajo. Archivio Not. Udine

1265. 22 Maggio. In Antro nella casa Patriarcale. Confederazione fra il Patr. di Aquileja Gregorio ed Ulrico Duca di Carinzia e patti intorno Tiven e Trevea ecc.

19

[illegible] N. 157 [illegible]

In nomine Christi amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo ducentesimo sexagesimo quinto, octave indictionis in domo domini Patriarche in Antro die decimo exeunte mensis maii presentibus D. Alberto Dei gratia episcopo Concordiensi ipsius D. Patriarche vicedomino et DD. Pegolone Abbate Belinensi, Johanne archidiacono Aquilegensi, Berengerio preposito S. Udalrici et Mag. [illegible] de Lupico dicti D. Patriarche cancellario et Mag. [illegible] vicedomino ipsius D. Patriarche in Carniola et DD. [illegible] de [illegible] Longo dicti D. Patriarche nepote, Conone de Moruzio, Johanne de Cucanea, Henrico de Mels, [illegible] de Warmo, Rupretto de Budrio, Walterio [illegible] de Spinembergh et Mattheo de Riva rotta et nobilibus viris D. Henrico filio quondam Marchionis de Baden et DD. Jacobo de Gotembergh, Conrado de Lonch, Henrico de [illegible]ingenlingen, [illegible] de Leibaco et Friderico de Waltenberch testibus ad hoc vocatis et aliis multis.

Venerabilis Pater D. Gregorius Dei gratia S. Aquilegensis Sedis Patriarcha et nobilis vir et potens Dominus Ulricus illustris Dux Carinthie volentes firmatum inter eos quondam confederationis vinculum amicabiliter reformare ac [illegible] indissolubile [illegible] contractum olim inter eos societatem renovare et nunc de novo promiserunt sibi alter utrum manualiter data fide utrinque per D. Johannem de Cucanea e Rupretum de Budrio in animam ipsius D. Patriarche et per dominos Jacobum de Gotembergh et Conradum de Lonch in animam dicti D. Ducis corporali prestito iuramento astare alter alteri et

iuvare eum pro viribus quod vixerint bona fide quotiens et quandocumque
necesse fuerit et alter alteri per privatas litteras requisitus fuerit, requi-
situs contra omnes et quaslibet personas excepto per D. Patriarcham predictum
¶ et pro parte ipsius circa D. Papam et Imperatorem et Dominos Regem Polonie
Ungarie seniorem et Regem Boemie ac Commune Padue et nobiles viros
D. Braquinum de Camino et Girardum filium eius et excepto per dictum D.
+ Item circa D. Papam et Imperatorem et illustrem Regem Boemie et D. Phi-
lippum fratrem eum et D. Fridericum fratrem uxoris ipsius D. Ducis. Item
eius D. Ulricus Dux promisit eidem D. Patriarche recipienti pro se et nomi-
ne et nomine Eccl. Aquilegensis redimere et exspignorare possessiones et bona
ipsius Eccl. Aquilegensis obligata dudum nobili viro D. Ulrico Comiti de Ste-
renberch et aliis quibuscumque in partibus Treuen et Tiuen pro septin-
gentis marchis illius monete pro qua possessiones et bona predicta sunt
obligata, solvendo pro redemptione ac exspignoratione possessionum
et bonorum predictorum quadringentas marchas ipsius monete usque
ad festum beati Georgii ~~proxime~~ proxime venturi et alias trecentas marchas residuas
usque ad aliud festum beati Georgii proximo postmodum secutum. Et
hoc occasione mille marcharum ~~[illegible]~~ aquilegensis monete in quibus idem D. Dux
obligatus est et confitetur se teneri eidem D. Patriarche nomine Eccl.
Aquilegensis, pro quibus sibi solvendis dictus D. Dux posuerat et obliga-
verat ipsi D. Patriarche certos fideiussores, secundum quod continetur
in quodam instrumento publico confecto per me Johannem de Lupico
subscriptum notarium et sigillo dicti D. Ducis pendenti munito.

Et pro facienda solutione huiusmodi in terminis predictis supradictus D. Dux posuit fideiussores suos D. Jacobum de Gotemberch, Conradum de Lonch, Henricum de Luzenlingen et Rodolinum de Leobaco qui corporaliter iuraverunt ad sancta dei evangelia quod solutio ipsa et expignoratio fiet sic superius est expressum. Quod si dicte quadringente marche non solvantur ut predictum est in proximo venturo festo B. Georgii ipse D. Dux ex nunc dedit et tradidit ipsi D. Patriarche recipienti nomine suo et Eccl. Aquilegensis Castrum Naggenvoz cum redditibus sexaginta marcharum ad ipsum curie ut ipsum castrum cum dictis redditibus ab ipso festo B. Georgii in antea sit et cedat libere et absolute ipsi D. Patriarche et Aquilegensi Ecclesie ipso iure, nisi dictus D. Dux foret impeditus ex detentione violenta persone aut adeo gravi infirmitate, quod absit, quod non posset de suis factis propriis ordinare. Cessante vero impedimento huiusmodi ipse D. Dux infra vel menses teneatur solvere dictam pecuniam sicut est superius annotatum. Si autem, quod absit, ipse ante dictum festum B. Georgii de medio tolleretur, heredes ipsius teneantur solvere pecuniam supradictam in terminis prenotatis. Quod si non fecerint, donatio castri predicti ~~de~~ Naggenvoz ~~et~~ cum redditibus predictis firma remaneat sicut superius est expressum. ~~aut partem ipsorum se nimis esse vendita, donata neque obligata aut aliquo modo alienata~~

Confessus est quoque dictus D. Dux supradictum castrum Naggenvos et redditus predictos aut partem ipsorum se nimis esse vendita, donata neque obligata aut aliquo modo alienata nisi dicto D. Patriarche nomine Aquilegensis Ecclesie occasione predicta. Et promisit dictus D. Dux sub pena mille marcharum argenti cum obligatione partis proprietatis sue quam habet in

Carinthia et Carniola et ubicumque, quod D. Philippus frater eius donationi et traditioni huiusmodi suum prebebit assensum et ratam habebit. Si ipse Dux in solutione predictarum marcharum cessaret in termino supradicto, qua pena soluta vel non predicta omnia nihilominus in sua firmitate perdurent. Hoc tamen expresso, et excepto quod in solutione supradictarum septingentarum marcharum non computentur nec debeant computari centum marche quas dictus D. Patriarcha habuit a D. Ottone de Urspergh qui fuerat fideiussor dicti D. Ducis et alie centum marche in quibus et propterea D. Henricus de Scharfenberch pro dicto D. Duce penes supradictum D. Patriarcham est fideiussor et debitor quas possit idem D. Patriarcha exigere ad voluntatem suam. Item memoratus D. Dux promisit ipsi D. Patriarche recipienti nomine suo et Eccl. Aquilegensis statim et ex nunc tam liberos quam servos et ancillas ecclesie Aquilegensis qui prius habitaverant in foro Werdenech facere et compellere redire ad standum et habitandum in dicto foro et castrum Werdenech incontinenti incipere reedificari et sine interpolatione compleri facere usque ad proximum festum B. Jacobi de lignamine castri novi quod dictus D. Dux construi fecerat in loco qui dicitur Afolter obligando se propter hoc ad penam quingentarum marcharum Aquilegensis monete sicut antea fuerat obligatus si sine interpolatione dictum castrum Werdenech non reedificaret sicut superius est expressum. Qua pena soluta vel non contractus presens nihilominus obtineat plenum robur, salvis tamen omnibus aliis articulis contentis in priori privilegio pacti habiti inter dictum D. Patriarcham et Ducem predictum qui in sua permaneant firmitate. In cuius rei evidentiam et stabilem firmitatem memorati D. Patriarcha et D. Dux instrumentum presens fecerunt sigillorum suorum pendentium munimine roborari.

Ego Johannes de Lupico Sacri Imperii publicus notarius hiis omnibus presens fui et de mandato memoratorum D. Patriarche et D. Ducis scripsi duo similia instrumenta in formam publicam reducendo. —

1265 13 lug. [illegible] Papa Clemente IV [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] Generale [illegible]

Clemens [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] Episcopus [illegible] [illegible] Dei . venerabili fratri Episcopo [illegible] salutem et apostolicam benedictionem. Sua Nobis Abbas et Conventus [illegible] [illegible] Ordinis S. Benedicti [illegible] [illegible] monstrarunt quod Rodulfus et Colaqont filius Clizoy [illegible] fratres. Otto de Vinkenstein [illegible] filius. Clizoy et Wer[illegible] [illegible] [illegible] Ulrinus de Clemona laici Aquilegensis Diocesis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] decimis, terris, possessionibus et rebus aliis iniuriantur eisdem. Ideoque Fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus partibus convocatis audias causam et appellatione remota debito fine decidas faciens quod decreveris [illegible] [illegible] firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati si se gratia odio vel timore subtraxerint, per censuram eandem [illegible] appellatione cessante [illegible] veritati testimonium perhibere.

[illegible] Perusii II id. Julii Pontificatus nostri Anno Primo.

Ego Iohannes de [illegible] Sacri Imperii publicus notarius his omnibus presens fui et de mandato predictorum D. Patriarche et D. Ducis scripsi hec [illegible] [illegible] in formam publicam redigendo. —

1265, 15 luglio. Perugia. Papa Clemente IV incarica il Vescovo d'Equilio di decidere le questioni per decime, terre e possessi tra l'Abate di Moggio e Rodolfo e Colo di Rosa, Ottone di Vinkenstein e figlio, Glizojo Vargendo di Melf, e Ulvino di Gemona

Vol. I. pag. X orig. Arch. Gen. Venezia

Clemens episcopus servus servorum Dei. Venerabili fratri Episcopo Equilino salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis Abbas et Conventus monasterii Mosacensis Ordinis S. Benedicti conquestione monstrarunt quod Rodulfus et Colo de Rosa fratres, Otto de Vinkenstein et Colo eius filius, Clizoy et Wargendus de Melf, Ulvinus de Glemona laici aquilegensis diocesis super quadam pecunie summa, decimis, terris, possessionibus et rebus aliis iniuriantur eisdem. Ideoque Fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus partibus convocatis audias causam et appellatione remota debito fine decidas, faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati si se gratia odio vel timore subtraxerint per censuram eandem appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere.

Datum Perusii, id. iulii, pontificatus nostri anno primo.

Ego [illegible] ... [illegible] publicus notarius hijs omnibus presens fui et de mandato
predictorum D. Patronorum et D. Ducis scripsi [illegible] instrumenta in formam publicam
reducendo. —

1265. 30 Ottobre. Nel castello di Satinberch. D. Glizoio di Mels è chiamato dal Decano di Cividale ad udir l'esame de' testimonj nelle differenze coll'Ab. di Moggio, al che il Mels rifiuta.

Anno domini MCCLXV ind. VIII. die secundo exeunte Octobri. Presentibus Wilielmo et Arrico dicto Cunisit filio d. Glizoi de Mels et aliis.

Federicus dictus Wisut de Mocio dedit et presentavit quasdam litteras apertas dicto d. Glizoio ex parte d. Wolrici decani Ecclesie Civitatensis eiusque sigillo cereo illeso et integro sigillatas. quorum tenor talis erat:

Nobili ac prudenti viro d. Glizoio de Mels W[olricus] decanus Civitatensis domini Patriarche iudex delegatus quomodo sibi salutem. Cum d. Patriarcha per laudum curie me michi commiserit quosdam testes audire et examinare super quibusdam iuribus que dicit se habere Abbas Mosacensis in Avenzono et in eius pertinentiis et super quibusdam limitationibus et divisionibus pascuorum et possessionum que vos forsan contingunt. Quare si placet proximo die Sabati post festum Omnium Sanctorum in Amar coram me interesse dicte productioni velitis si vobis videbitur expedire.

Actum in Castro de Satenberch ante stupam. Qui respondit dicens quod nolebat coram eo venire.

Ego. Meynardus imperiali auctoritate Notarius interfui bona fide scripsi rogatus.

Dall'originale perg. nell'Archivio, trascritto da copia del Ab. Giuseppe Bini.

Ego Ioannes [illegible] [illegible] publicus notarius hijsomnibus presens fui et de mandato predictorum D. Patronato et D. Ducis scripsi duo similia instrumenta in formam publicam reducendo. —

1261. 23 Febbrajo. Udine. D. Ottone di Winchenstein e Colone suo figlio donano due mansi in Draulach e in Pruch al Monastero di Moggio per risarcimento di danni a quello portati.

1263. 14 Decembre. Cividale. Trascrizione del soprascritto documento.

28

Hoc est exemplum cuiusdam instrumenti publici sic incipientis.

In nomine Christi amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo ducentesimo primo indictione quarta. die mercurii sexto exeunte mense februario. presentibus dominis Alberto dei gratia Concordiensi electo, Wecellone abbate Belliniensi, Conrado abbate de Arnolstain, Johanne Archidiacono Aquilegensi. Johanne de Cucano. Ynzo de Wigenstayn, Janiso gastaldione de Attens testibus ad hoc vocatis et aliis pluribus.

Dominus Otto de Vinchenstain et Collo eius filius pro satisfactione dampnorum et lesionum multiplicium que ipsi et antecessores intulerant ecclesie et monasterio sicut manifeste recognoverunt et pro legato quodam olim facto dicte ecclesie Mosaciensi per quendam Collonem fratrem ipsius domini Othonis per se suosque heredes. Volentes animarum suarum providere saluti. cesserunt tradiderunt et dederunt pure libere et absolute in manibus venerabilis domini Wecellonis dei gratia Mosacensis abbatis recipiendi pro se et nomine dicti sui monasterii iure proprio unum mansum sue proprietatis iacentem in loco qui dicitur Draulach et regitur per Leonardum famulum eorum et unum mansum iacentem in loco qui dicitur Pruch et regebatur olim per quendam nomine Svvrz qui solvere debet annuatim unam marcam ad usum curie, et si tantum non solvit, complere promiserunt tantos redditus eidem domino abbati et monasterio Mosacensi cum aliis bonis que habent in dicto loco, quantum deesset in marca predicte redditibus et assentare mansum predictum congrue cum hominibus propriis, ad habendum tenendum possidendum et quicquid dicto domino abbati et ecclesie Mosacensi de ipsis mansis deinceps placuerit perpetuo faciendum iure proprio cum omnibus adiacentiis et pertinentiis

suis et cum accessibus et egressibus suis cum omni iure et actione reali et personali, utili et directa et decimis et advocatia et dominio ipsis mansis pertinentem (sic) et pertinentibus et cum campis, pratis cultis et incultis, silvis, pascuis, nemoribus, montibus, planiciis, aquis et aquarum decursibus, piscationibus et omnibus et singulis dictis mansis spectantibus de iure vel de facto in integrum et cum omnibus et singulis aliis iuribus que dici et cogitari possunt vel in humano hominum intellectu genere comprehendi. Et insuper resignaverunt et dederunt predicto domino abbati recipienti nomine monasterii sui predicta omnia bona et decimas que et quas hucusque detinuerant dicte ecclesie in plebe sancte Marie de Villaco et plebe sancti Johannis et capella de Thavo iuxta Gilam contra iusticiam ut ipsi fuerunt confessi, promittentes per se suosque heredes predicto domino W. abbati pro se suisque successoribus et ecclesia sua predicta stipulanti litem nec controversiam movere dicto monasterio de dictis mansis et super bonis predictis monasterii memorati, nullum gravamen per se vel per suos facere amplius et permittere fieri excepta advocatia quam habet supra bonis predictis ~~vel~~ ut dicebat ~~vel~~ et habere vult quamdiu dominus abbas vel successores eius dictam advocatiam non convincerint ei cum ratione ipso domino abbate sibi protestante et dicente quod nullam advocatiam haberet super bonis predictis, quod dictus dominus abbas nomine sui monasterii se obtulit suo loco et tempore probaturum. Hoc tamen expressum addito inter eos quod si dictus dominus ~~abbas~~ Otto vel heredes ipsius dictum dominum abbatem aut monasterium Mosacense aut eius nuncios et procuratores in bonis predictis in aliquo pregravarent, dictus dominus abbas vel alius qui pro tempore fuerit monasterio Mosacensi libere

Ego Ioannes, [illegible] imperiali auctoritate publicus notarius his omnibus presens fui et de mandato predictorum D. Patriarche et D. Ducis ipsa duo similia instrumenta in formam publicam redigendo. —

ima

et absque contradictione ipsius domini Ottonis et heredum eius conqueri et recla=
mari valeant sicut prius, non obstante quod de dampnis et iniuriis huiusmodi
dictus dominus abbas micius agere voluerit cum eisdem et quod nichillo=
minus mansi predicti dediti per eosdem Ottonem et filium eidem domino
abbati et per eum monasterio Mosacensi ~~et monasterio predicto [...]~~ in dicti domini abbatis et mo=
nasterii predicti dominio libere permaneant ac etiam potestate. Pro=
miserunt quoque dictus dominus Otto et eius filius per se suosque heredes et
successores dictos mansos et iura ipsorum ab omni homine et persona et universitate
defendere, manutenere et warentare in iure sub pena dupli extimationis
dictorum mansorum ut pro tempore plus valuerint minus quinque solidis
et sub obligatione omnium suorum bonorum, qua soluta vel non contractus
presens et predicta omnia perpetuo firma permaneant et rata. Insuper promiserunt
et laudaverunt in manibus venerabilis domini Alberti dei gratia Concordiensis electi domini
Aquilegensis patriarche vicedomini recipientis vice et nomine venerabilis patris domini
G[regorii] Aquilegensis patriarche et dicti domini abbatis recipienti nomine memorati
monasterii, ipsum et dictum monasterium in supradictis bonis, que contra iusticiam
detinuerant molestare in aliquo vel gravare, sed ipsos in bonis eiusdem ab omni
homine vel persona manutenere pro posse, defendere ac tueri. Ad maiorem autem
huius rei evidentiam et solempnitatem sepedictus dominus Otto instrumentum
presens fecit sui sigilli pendentis munimine roborari et sigillum venerabilis
patris domini G. Aquilegensis patriarche eidem instrumentum supplicavit apponi
et dedit simul cum filio suo eidem domino abbati Gotfridum pro nuncio tenute, ut ipsum
in tenutam et possessionem dictorum mansorum induceret corporalem. Actum
apud Utinum in domo comunis. Et ego Henricus de Arten imperiali auctori=
tate notarius hiis omnibus presens interfui rogatus et scripsi in formam
..blicam reducendo.

Ego Conradus imperiali auctoritate notarius supradictum instrumentum publicum sigillatum sigillis cereis pendentibus predictorum dominorum G[regorii] patriarche Aquilegensium exemplavi et scripsi de verbo ad verbum prete signum, nil addens vel minuens quod ipsius instrumenti sententiam varies seu mutet et me subscribens signum meum apposui et corroboravi sub anno domini millesimo CCLXIII. inditione sexta. die XIIII. intrante Decembri in Austria Civitate in palatio patriarchatus presentibus dominis Wernardo Petenensi electo, Wecellone abbate Belliniensi, Iohanne archidiacono Aquilegensi, Nicholao plebano de Tricessimo, Iohanne de Cucanea, Henrico de Mels, Wernerio de Portis, Friderico Gastaldione et Leonardo filiis eius de Utino, Hingalpreito de Gramdano, Bernardino de Tergesto, Rugerino hostiario dicti domini G. Aquilegensis patriarche et aliis quampluribus.

Da perg. originale nell'Arch. di Stato in Vienna.

Ego Iohannes [illegible] ... [illegible] publicus notarius hiis omnibus presens fui et de mandato predictorum D. Patriarche et D. Ducis scripsi duo similia instrumenta in formam publicam redigendo. —

1266
… 26 Giugno Udine …

1266, 4 settembre Cividale. L'Abate di Sesto vende [illegible] pegno redditi e diritti sulle ville di Casarsa, Bagnarda, Fagnigola, Azanello e Mure.

24

[illegible] LXXVIII. [illegible] Fontanini, p. 199. Bibl. S. Dan.

[illegible] anno [illegible] MCCLXVI,
[illegible] Civitate [illegible]
[illegible]
[illegible] Dei
[illegible] D. Gregorii Dei gratia Patriar
che Aquilegensis [illegible] D. Wezelone Abbate [illegible]
sterii [illegible] D. [illegible] Rosa [illegible]
mei [illegible] et Conrado de Muntignaco notario
et [illegible] Ottone de [illegible] hoc vocatis et
rogatis [illegible]

[illegible] D. Hermannus Electus monasterii Sextensis una cum Conventu eiusdem monasterii Sextensis pro tribus millibus et quadringentis et viginti libris venetorum parvorum olim pignori obligassent omnes redditus et iura ville Casarse, Bagnarde, Fanigole, Azanelli et Mure quos et que monasterium Sextense habebat vel habere videbatur in eis quondam Martio de Opitergio et ipsius heredibus ad certum tempus sicut in quodam instrumento publico confecto inde dicitur contineri et nobilis vir Manfredinus de Opitergio frater dicti Martii propter guerrarum

[illegible] in ulteriori Sextense et [illegible]
predictorum villarum ac [illegible] eiusdem mo=
nasterii fere [illegible] destruxerunt, requireret recipere
ac habere in complementum predictam pecunie quanti=
tatem (sic), D. Albertus Dei gratia monasterii Sexten=
sis Abbas nomine ipsius monasterii et [illegible] mandato
et licentia dicti D. Patriarche [illegible] presentis ac
consentientis et dictus Manfredinus de [illegible] per
se [illegible] heredibus [illegible] concordes

Quod dictus Manfredinus et eius heredes habeant, teneant
[illegible] omnes et [illegible]
[illegible]
[illegible] habere [illegible] ad integram solutionem predicti
[illegible] millium et ccc et xx librarum dicte monete
[illegible] Abbas [illegible] monasterius Sextense
[illegible] Et si aliquid rece=
perint dicti [illegible] Manfredinus vel Manfredinus fratres eius in
[illegible] redditibus dictarum villarum, computetur in sortem
[illegible] predicti hoc addito
[illegible] expressim dicto inter dictos D. Albertum Abbatem et Man=
fredinum, quod idem Abbas aut successor ipsius ulla occasione,
[illegible] sive causa non debeant hospitari dictas villas nec aliquid
[illegible] monasterii predicti existentibus in eisdem, [illegible]

Ego [illegible] publicus notarius [illegible] omnibus presens fui et de mandato
[illegible] D. Patriarche et D. Ducis [illegible] similia instrumenta in formam publicam
redducendo. —

accedere ad villas predictas, ut aliqua ratione aliquid acci-
piant in eisdem, quousque dictus Manfredinus et heredes
ipsius receperint in redditibus et iuribus ipsarum villarum plenam
et integram solutionem pecunie supradicte et si forte homines
predictarum villarum aut aliqui ex ipsis fecerint aliquid quod
spectet ad iudicium sanguinis, dictus Abbas [illegible] eum,
possit idem Abbas inde facere [illegible] in aliquo pre-
dictarum villarum ad [illegible] aliquis committens in
aliquo quod spectet ad iudicium [illegible] condempnabitur in
aliquo, illa condempnatio [illegible] de beat [illegible]
[illegible] dicte pecunie. Et insuper [illegible] dicti Manfredinus
et ipsius heredes [illegible] ad integram solutionem pervenient de-
bitis supradictis [illegible] D. Albertus Abbas et eius suc-
cessores [illegible] ad annum unum, octo diebus
ante vel octo diebus post dictum [illegible], annuatim tenentur
dare et [illegible] Manfredino [illegible] et suis
heredibus [illegible] agendo libras venetorum parvorum,
que in sortem dictarum trium millium CCCCXX librarum dicte
monete debeant computari.
Promisit insuper dictus D. Albertus Abbas [illegible] pro se suis-
que successoribus nomine dicti monasterii et pro ipso de mandato
et consensu dicti D. Gregorii Patr. Aquil. presentis et ibidem cum obliga-
tione bonorum dicti monasterii Sextensis sub pena mille librarum dicte
monete sollempniter concepta et [illegible] deducta [illegible]

Manfredino recipienti pro se et suisque heredibus predicta
omnia et quodlibet predictorum attendere et observare
bona fide, sine fraude nec contravenire aliqua racione,
ingenio sive causa. Qua pena soluta vel non, predicta omnia
et quodlibet predictorum nichilominus debitam obtineant
firmitatem: renuncians dictus D. Abbas per se suisque succes-
soribus et dicto monasterio Sextensi super predictis omnibus et
quodlibet predictorum omni legis auxilio, iuri, laudo, iudicio,
[illegible] et [illegible] et expensis quibus circa ipsa vel aliquod
predictorum se [illegible] et tueri. Pro dictis
[illegible] libris [illegible] monete [illegible] annuatim dicto Man-
fredino [illegible] eius heredibus in termino suprascripto extiterunt fideiusso-
res et principales debitores et quilibet eorum in solidum et in parte [illegible]
[illegible] dicti D. Abbatis Sextensis [illegible] ipsum Manfredinum [illegible]
[illegible] Tieppus filius q. D. [illegible] de Lunenga[illegible], ita quod pre-
dictus D. Patriarcha dedit predicto D. Manfredino [illegible] licentiam in-
pignorandi dictos fideiussores sine nuncio Potestatis in bonis eorum,
[illegible] dicti D. Abbatis aut successores [illegible] pre-
dictarum [illegible] in termino suprascripto.
[illegible] per dictus D. Patriarcha [illegible] predictis fideiussoribus [illegible]
et [illegible] pignorandi sine nuncio Potestatis in bonis dicti monasterii
Sextensis [illegible] dictus Abbas aut eius successores in solucione predictarum
[illegible] librarum [illegible] in termino suprascripto [illegible]
superius.

Ego Iohannes de Lupico Sacri imperii publicus notarius hiis presens
interfui et rogatus partium scripsi duo similia instrumenta in formam
publicam redicendo.

Ego Iohannes de [illegible]pico Sacri Imperii publicus notarius hiis omnibus presens fui et de mandato
predictorum D. Patriarche et D. Ducis scripsi duo similia instrumenta in formam publicam
redicendo. —

1267, 11 agosto. Cividale. D. Landone di Montelongo nipote del Patr. Gregorio rinunzia nelle mani dell' abate di Sesto un molino in Bagnarola, che lo investe a Giovanni figlio del d.° Landone.

Dal Vol. I Pergam. dell' Ab. di Sesto. R. Arch. di Stato in Venezia. 25

In nomine domini amen. Anno eiusdem MCCLXVII, decima indictione, die XI intrante augusto, apud Austriam Civitatem iuxta Ecclesiam S. Francisci in domo Mathie albergatoris, testibus D. Tuscio de Frattina, Henrico Squara de Portu Gruario, Henrico de Azano, Ottolino dicto Tattis filio predicti D. Tusci, Ropretto de S. Daniele et Mathia albergatore predicto et aliis.

D. Lando de Montelongo nepos venerabilis patris D. G(regorii) dei gratia Sancte sedis Aquilegensis Patriarche, libere mere et pure resignavit et refutavit in manibus venerabilis patris D. Alberti Abbatis Monasterii Sextensis quoddam molandinum situm in aqua que currit per villam de Bagnarola, quod ab ipsis Abbate et Monasterio ad rectum et legale feudum habebat, qua quidem libera resignatione et refutatione recepta, idem D. Abbas pro se suisque successores incontinenti, presentibus testibus supradictis, Johannem filium predicti D. Landonis et Domine Marie pro se suisque heredibus recipientem de sua tenuta de dicto molandino ad rectum et legale feudum manu propria investivit, recepto fidelitatis omagio ab eodem D. Landone pro predicto Johanne filio suo eo quod adhuc ipse Johannes erat impubes hoc prestare (sic), itaque dedit dicto Johanni Henricum Squaram predictum nuncium ad ponendum ipsum in tenutam et corporalem possessionem molandini prefati.

Ego Fantebonus dictus Bonattus imp. auct. notarius predicte investitioni interfui et rogatus scripsi.

ucavat dictus Dous Dethemarius.

... Ioannes ... pro Sic Inquam publicus notarius hujusmodi praesens fui et de mandato praedictorum D. Patriarchae et D. Ducis rogatus similia instrumenta in formam publicam redundo. —

1267. Agosto ... Gregorio patriarca di Aquileja accetta l'arbitrato nella pace che col Conte di Gorizia doveva essere conchiusa. ———

26

Gregorius dei gratia sancte sedis aquilegensis Patriarcha. Universis notum facimus tam presentibus quam futuris quod super facto nostre captivitatis et super concordia et pace inter nos et nostros ex una parte et ex altera inter nobilem virum d. Albertum Comitem Goritie et complices suos..... perpetuo tenenda et super restitutione ipsius Comitis et suorum complicium et fautorum statum pristinum facienda, in quo ante captivitatem nostram iidem erant constituti, in quorum complicum et fautorum numero Iustinopolitana Communitas est inclusa, et super renuntiatione impetitionis seu actionis que nobis et nostris successoribus et ecclesie Aquilegensi occasione huiusmodi captivitatis nostre contra dictum Comitem et prefatos illius complices et fautores ex lege et ex canone competere dignoscitur in hoc facto et super universis iniuriis, violentiis, gravaminibus atque dampnis, que vel quas idem Comes, complices et fautores sui predicti captivando personam nostram et ecclesie Aquilegensi eiusdemque ecclesie fidelibus et devotis irrogarunt.

Dal Vol. VI. Fontes rerum Austriacarum Vol. VI. Summa de litteris missilibus Petri de Hallis (edita a Federico Firnhaber).

adì 12 febb.º 1897
J. V.

ueras dictus Dnus Dethemarius.

Ego iannes ... ipso loco Inge a publicus notarius hisomnibus presens fui et ..., mandato
... D. Patriarche et D. Ducis ... ... in formam publicam
redigendo. —

1268.

— 26 Giugno Udine — Asquino di Varmo rinunzia al patriarca Gregorio alcuni beni feudali, che sono da questo reinvestiti ai di lui figli.

27

MCCLXVIII. XI indictione. Apud Utinum in camera patriarchali. die vigesimo sexto mensis Junii. presentibus d. Berengario preposito s. Ulrici. d. Henrico de Villalta. d. Waltero Pertoldo de Spinembergh et d. Mattheo de Rivarotta testibus ad hoc vocatis et rogatis.

D. Asquinus de Varmo constitutus in presentia venerabilis patris d. Gregorii dei gratia sancte aquilegensis sedis patriarche. libere mere et pure refutavit et dedit in manus ipsius d. Gregorii patriarche recipientis nomine aquilegensis ecclesie ea que inferius leguntur:

In primis tredecim mansos in Litterna et medietatem Silve quos et qua dicebat se habere ad rectum et legale feudum ab ipso d. patriarcha et ecclesia aquilegensi;

item in Grillons septem mansos et dimidium quos sibi dederat ut dicebat idem d. Asquinus et d. Walterus Pertoldus. confitente ipso d. Waltero Pertoldo ipsos mansos habere ab ipso d. patriarcha. talimodo quod quandocumque idem d. patriarcha daret sibi milles libras venetorum parvorum. ipse tenetur sibi restituere mansos eosdem;

Item unum mansum in Vissandon. et tres mansos in Pasellano. quos dicebat se habere ab ipso d patriarcha ~~ad rectum feudum~~ et ab ecclesia aquilegensi ad rectum et legale feudum;

Item quinque mansos in Campoformio quos dicebat se habere ad rectum feudum habitantie ab ipso d. patriarcha et ecclesia aquilegensi;

Item quinque mansos et dimidium et unum ...endinum in Bagnaris quos etiam dicebat se habere ab ipso d patriarcha ~~tali modo quod quandocumque~~ et ecclesia aquilegensi. ad rectum et legale feudum;

Item quinque marcharum redditus in Trivinaro quas dicebat se habere ab ipso d. patriarcha. tali modo. quod quandocumque idem d. patriarcha sibi tot redditus alibi daret. ipse dicto ~~sibi tot redditus alibi daret. ipse dicto d. patriarche~~ d. patriarche et ecclesie aquilegensi ~~redditus~~ ipsos Trivinani teneretur omnimode refutare. cuius dictus d. patriarcha libera refutatione recepta incontinenti presentibus testibus supradictis supradicta omnia que erant rectum et legale feudum h.... feudum legale pro legali et feudum habitantie pro habitantia. Que vero erant de al.... prout superius legitur. de ma

seminavi de ipso ... bene ... ...
... dictus Dnus Dethemarius.

tenuta iuxta consuetudinem Fori Julii. Friderico et Waltero Pertoldo filiis supradicti D. Asquini de Varmo recipientibus pro se suo nomine et nomine Palamedes et Tybaldi fratrum suorum filiorum dicti D. Asquini manu propria investivit, dato eis D. Mattheo de Rivarotta teste predicto pronuntio ut eos pro ipsis et dictis eorum fratribus in tenutam et possessionem predictorum omnium induceret corporalem.

Ego Johannes de Lupico sacri imperii publicus Notarius hiis presens interfui ea rogatus scripsi in forma publica reducendo.

Not. Giovanni di Lupico. Orig. Bibl. Marciana

Ego Iohannes de Lupico [illegible] publicus notarius [illegible] presens fui et de mandato predictorum D. Patriarche et D. Ducis scripsi duo similia instrumenta in formam publicam reducendo. —

1268 19 Luglio

28

Anno Domini Millesimo Ducentesimo Sexagesimo Octavo, Ind: Undecima
Die decima Tertia exeunte Julio: Presentibus . . . .
Utulino de Portis, et alijs.

1270. 22 Agosto. Udine. Il Capitolo di Aquileja affitta per 4 anni le rendite della grazia del vino proveniente dall'Istria e delle mute di Monfalcone e Clemona e quelle della gastaldia di Muggia per pagare debiti ad alcuni mercanti Veneziani.

MCCLXX. XIII Inditione apud Utinum in camera domus d. Aquini Decani Aquilegensis. die X exeunte Augusto presentibus dominis Vezelone abbate Mosacensi, Wolrico Decano Civitatensi, Henrico de Legio Canonico Aquilegensi et dominis Glizoio et Henrico fratribus de Mels. Federico et Waltero fratribus de Pinzano, Federico Castaldione Utini, Rudolo de Leobach. Johanne de Gado Potestate Aquilegie. Moretto Rithario de Wipach et Henrico de Attems et Henrico de Me.....na nepotibus d. Aquini Decani Aquilegensis testibus.

D. Aquinus Decanus Aquilegensis Ecclesie nuntius syndicus et procurator dominorum Artuici de Turribus Vicedecani et Capituli Aquilegensis Ecclesie ad obligandum gratiam vini qui consuetum ducere de Istria magnam et parvam et Mutas Montisfalconis et de Clemona et redditus Castaldie de Mugla una cum ipsa Castaldia pro quatuor annos sicut continetur in quodam procuratorio dato in choro maioris Ecclesie Aquilegensis anno domini MCCLXX XIII ind. sigillato sigillo dicti Capituli Aquilegensis integro et illeso a me Johanne subscripto notario visto et lecto (1)

(1) Foglio lacerato in bianco

venditit locavit atque concessit nomine Aquilegensis ecclesie d. Marino Cuppo de contrata s. Agnetis ~~et Marco Zorzani~~ recipienti pro se et d. Stephano fratre suo eorumque heredibus et Marco Zorzani de contrata ~~s. Pet de Castello~~ s. Johannis Crisostomi de Venetiis recipienti pro se et d. Marino Zorzani de contrata s. ~~...~~ Petri de ~~et prod. Nicolao Michael~~
Castello et pro d. Nicolao Michael de contrata s. Leonis de Venetiis
[?] eorum heredibus et pro his quibus dare aut vendere seu committere voluerint Gratiam mille amphorarum vini quam habere debet patriarchatus Aquilegensis seu Patriarcha Aquilegensis qui erit pro tempore ab illustri Duce et Comuni Venetiarum annuatim de Istria in Forum Julii conducendis sicut in pacto inter eosdem d. Ducem et Comune Venetiarum ac bone memorie d. Gregorium patriarcham aquilegensem dudum inito continetur et Gratiam parvam Centum et XXXVIII amphorarum vini que sunt patriarchatus aquilegensis et monasteriorum terre Forijulii concessam ipsi d. patriarche aquilegensi per d. Ducem et Comune predictos. et Mutam Montisfalconis tam de vino quam de aliis cum omnibus iuribus spectantibus ad easdem ad quatuor ~~ad quatuor~~ annos continuos incipiendo annos ipsos in Kalendis Maii currente ~~tunc~~ tunc anno domini M.CC LXXIII et Castaldiam Mugle et redditus ipsius Castaldie a Kalendis mensis Januarii currente tunc anno domini MCC LXXII continue sine alicuius temporis interruptione usque ad finem et complementum supradictorum quatuor annorum. Gratie vini et Mute. et mutam de Clemona quam habet patriarchatus aquilegensis a festo beati Georgii currente tunc anno domini M.CC LXXII ad quatuor annos continue secuturos. pro mille
Marche 1100
et centum marchis Aquilegensis monete. quas dictus d. Asquinus Decanus syndicus et procurator confessus et contentus fuit nomine dicte Aquilegensis ecclesie a predictis d. Marino Cuppo et Marco Zorzani dantibus pro se et dominis Stephano

Marino Zorzani et Nicolao supradictis recepisse et habuisse et conversas fuisse in utilitate ecclesie Aquilegensis et status terre Forijulii, scilicet in solutionem ducentarum marcharum aquilegensis monete quas d. Laurencius Teupulo illustris Dux Venetiarum debebat recipere et habere nomine feudi ab ecclesia aquilegensi ad festum beati Petri proximo preteritum et in solutionem centum et nonaginta septem marcharum et dimidie eiusdem monete quas predicti Marinus, Stephanus et Marinus Cappo recipere et habere debebant ratione mutui quod fecerant de ipsa pecunia supradicto D. Gregorio patriarche et in solutionem expensarum d. Philippi illustris Ducis Carinthie terre Forijulii Capitanei generalis et Curie eius tam in blava vino quam vestibus et rebus aliis. Renuncians nomine dicte aquilegensis ecclesie exceptioni non recepte et non numerate pecunie tempore contractus et alii (sic) suo iuri. Ita quod predicti emptores et eorum heredes vel illi quibus ipsi dederint vendiderint aut commiserint predictas Gratias, Mutas et Castaldiam cum omnibus iuribus earum, libere habeant, teneant et possideant usque ad tempora superius expressa et vinum et redditus patriarchatus aquilegensis de Mugla conducant vel conduci faciant Aquilegiam propriis expensis ipsorum. vinum et redditus patriarchatus de Pirano et vinum monasteriorum terre Forijulii videlicet monasterii S. Marie Aquilegensis, monasterii Belliniensis et ecclesie S. Stephani aquilegensis sive aliquo datio in Forumjulii conduci permittant secundum quod hactenus fieri consuevit. Ita quod predicti emptores et eorum heredes vel illi quibus easdem Gratias vini concesserint aut vendiderint dictas mille amphoras vini et etiam dictas centum et XXXVIII amphoras vini sicut supradictum est possint et debeant tunc

Marche 200 al Doge

Marche 197 per saldo mutuo

Anfore di vino 1000 tributo del veneziano e anfore 138 di competenza del Patr. e dei Monasteri

temporis facere conduci et portari de Ystria in Foroiulii sine contradictione
cuiusdam. tali quidem condicione ac pacto inter predictum ~~et~~ d. Decanum
procuratorem et ~~predictos~~ supradictos emptores apposito concorditer et firmatis,

quod ipsi et heredes eorum aut illi quibus huiusmodi Gratias vende=
derint concesserint aut dederint nil omnino ultra mediam marcham
aquilegensis monete pro qualibet amphora vini exigere aut recipere
possint vel debeant et quod ipsi liberam habeant potestatem
vendendi vinum predictum in Aquilegia ad grossum et minutum
sicut eis videbitur expedire. Ita tamen quod non vendant carius
quam alii cives aquilegenses. promittentes dictus d. Decanus procuratorio
nomine predicte aquilegensis ecclesie prefatis Marino Cuppo et Marino
Zorzani recipientibus pro se ac supradictis Stephano Cuppo. Marino
Zorzani et Nicolao Michael eorumque heredibus ad consequendum et
habendum predictas Gratias vini, mutas et Castaldiam ac redditus
et iura ipsarum prout superius legitur dare auxilium consilium et
favorem nec eis impedimentum facere vel permittere fieri ab aliquo
vel ab aliquibus de terra patriarchatus aquilegensis et defendere et
guarentare et auctorizare et disbrigare ab homine omni et univer=
sitate et qualibet impedicante persona iura et redditus ac proventus
predictarum gratiarum vini. mutarum et Castaldie pro temporibus
supradictis toto suo posse. et quod non recipiatur nec permittetur recipi
aut duci vinum in aliqua quantitate per mare de Ystria usque
Palazolum nisi cum litteris predictarum Gratiarum per novem menses.
videlicet per mensem Maii. Junii. Septembris. Octubris. Novembris.
Decembris. Januarii. Martii et si aliquis vel aliqui ducerent vel in=
venirent ducere aliquod vinum de Ystria infra predictos novem menses

usque ad dictum locum de Palazolo sine predictis litteris Gratiarum ipso facto perdant vinum ipsum. cuius tertia pars cedat patriarchatui aquilegensi. alia tertia pars cedat predictis emptoribus et reliqua tertia pars cedat illi Offitiali patriarchatus qui intromitti et de[illegible] fecerit vinum predictum. idemque Officialem teneatur per iuramentum intromitti vel facere intromitti vinum ipsum sine aliqua malitiosa dilatione vel fraude preterquam sibi denuntiatum fuerit per emptores predictos vel eorum aliquem aut nuncium eorumdem. Et quod liceat predicti empto=ribus vel quibus ipsi commiserint aut vendiderint vel dederint pre=dictam Mutam Montisfalconis accipere pro Muta ipsius de qualibet curru vini XVI denarios aquilegensis monete et pro qualibet sauma vini VIII denarios monete ipsius. et de aliis omnibus secundum quod est consuetum et de predicta Muta Clemone recipiatur secundum quod hactenus fieri consuevit. Et si forte infra spatium predictorum annorum contingerit quod absit. aliquam discordiam oriri vel esse inter patriarcham aquile=gensem qui erit pro tempore et homines terre Forijulii et d. Ducem et Comune Venetiarum. ita quod ipsi emptores non possent infra tempora pre=dicta prosequi effectum dictarum Gratiarum. aut generalem guerram in terra Forijulii per quam forte impediretur strata et currere non posset infra tempus predictum. patriarcha aquilegensis qui erit pro tempore seu memoratus Decanus procurator et Capitulum aquilegense nomine aqui=legensis ecclesie si patriarcha non erit. teneantur et debeant adve=niente tempore pacis restaurare ipsis tantum temporis prorata quantum eis deesset vel defuisse videretur occasione guerre predicte et de re=stitutione dampni quod propter hoc incurrissent credatur eorum iuramento. Et si forte cum voluntate patriarche aquilegensis qui esset

pro tempore aut illis qui gererent regimen domus Aquilegensis et d. Ducis et Comunis Venetiarum accideret quod pactum dictarum gratiarum vini immutaretur et non esset vel Gratie ipse cassarentur et revocarentur ita quod non essent ipsius patriarce et ecclesie aquilegensis. teneantur et debeant dictus patriarcha vel sepefato. d. Decanus procurator nomine dicte aquilegensis ecclesie si patriarcha non esset. ex debito dare et solvere predictis emptoribus vel eorum heredibus aut cui ipsi commiserint de bonis patriarchatus aquilegensis pro qualibet predictarum anphorarum vini medium marcham aquilegensis monete pro rata temporis in qua forsan cassarentur gratie supradicte aut revocarentur vel altera earundem. Et si forsan predicta muta Montis falconis aliquo casu vel aliqua occasione destrueretur et non esset. patriarcha qui erit pro tempore teneatur et debeat dictis temporibus et eorum heredibus dare et s.... tantum quantum ipsi suo iuramento firmare vellent. quod dicta Muta ... pro temporis rata. et si forte tunc patriarcha non esset in Aquilegiensi ecclesia d. Decanus procurator et Capitulum et illi qui gererent regimen domus aquilegensis teneantur et debeant adveniente tempore pacis restaurare ipsis emptoribus tantum temporis pro rata quantum eis deesset vel defuisse videretur occasione guerre predicte et de restitutione damprii quod propter hoc incurrissent credatur iuramento predictorum emptorum. Quod si forte patriarcha tunc non esset in aquilegensi ecclesia sepedictus d. Decanus et illi qui gererent regimen domus aquilegensis restaurationem et restitutionem huiusmodi eodem modo facere teneantur et facere teneantur tam de Gratiis quam de Mutis predictis intra tempus illud quod dicti emptores habere debeant Gratias et Mutas predictas. Insuper teneatur patriarcha aquilegensis qui erit pro tempore

...

in dictis annis quibus ipsi emptores ~~perc~~ percaperint Gratias supradictas
intra octo dies ad requisitionem ipsorum vel unius eorum facere
publice proclamari in Aquilegia, Montefalconis, Civitate. Utino. Clemona
quod nullus homo vel persona aliqua conducere audeat vinum de Ystria
per mare usque Palazolum per aliquem portum vel aquam aliquam
nisi cum litteris dictarum Gratiarum sicut superius est expressum. Ad hec
promisit memoratus d. Decanus procurator nomine dicte aquilegensis eccle-
sie memoratis Marino Cuppo et Marco Zorzani recipientibus pro se
ac dictis aliis emptoribus eorumque heredibus predictas venditiones
locationes concessiones et datas dictarum Gratiarum vini Mutarum et Ca-
staldie ac quodlibet predictorum et infrascriptorum prout superius
et inferius legitur habere ac tenere rata et firma et non
contravenire nec contrafacere per se vel interpositam partem
ratione aliqua ingenio sive causa sub pena dupli pretii minus
quinque solidis veterum parvorum cum obligatione bonorum
patriarchatus aquilegensis presentium et futurorum ad pignus.
penaque predicta soluta vel non quod totiens peti et exigi possit
quotiens contrafactum fuerit vel ... tetur in ipsa . contractus
presens nichilominus in suo robore permaneat. D. Federicus Ca-
staldio Utinensis ad preces dicti d. Decani iuravit ad sancta Dei evangelia
in anima predictorum dominorum Decani procuratoris et Capituli aquile-
gensis quod ipse d. Decanus procurator et Capitulum et quilibet eorum per se
dabunt operam bona fide quod futurus patriarcha hec omnia rata habebit
et firma et ea per suum privilegium confirmabit et eius sigillo pendenti
munitum et hiis omnibus suum prestabit assensum infra duos menses postquam
eius electio fuerit confirmata vel postquam ipse venerit in patriarchatum
et si patriarcha qui erit pro tempore faceret predictis emptoribus vel si faceret aliquod impe-
dimentum in predictis vel quolibet predictorum teneantur dictiones .....

Sub earum iuramento attare ipsi toto posse et manutenere eos ad habendum . . . . predicta et quodlibet predictorum. Renuncians quoque supradictus Decanus nomine aquilegensis ecclesie supra predictis omnibus et quolibet predictorum quibuslibet . . . . Iudicibus ordinariis delegatis vel subdelegatis impetratis et in posterum impetrandis omnique consuetudini statuto, laudo, iudicio atque iuri canonico videlicet et civili, tacitis et expressis quibus patriarcha futurus vel sepe nominati Decanus et Capitulum aquilegensis ecclesie circa predicta vel aliquid predictorum se posset defendendo aliquatenus et tueri. In cuius vero evidentiam et maius robur ~~d. Henricum de Melf et~~ memoratus d. Decanus procurator instrumentum presens ~~fieri procurato et~~ fecit sigilli pendentis dicti Capituli Aquilegensis muniminie roborari et dedit dictis d. Marino Cuppo ~~et ... predictorum dictis d. Marino~~ ~~Cuppo~~ et Paulo Zorzano ~~et eos in tenutam et possessionem predictorum~~ d. Henricum de Melf ut eos in tenutam et possessionem induceret corporalem.

Dal protocollo originale del Notajo Giovanni di Lupico fol. 79 (Bibl. Marciana Codici Latini XIV. 80)

Trascritto da me V. Joppi in Venezia il giorno 31 marzo 1896

63

Anno 1270.

24 Agosto, Indizione XIII. Udine.

Sentenza di scomunica ed interdetto pronunciata dal Vescovo Ottone di Parenzo, confermata dal Decano e Capitolo di Aquileja contro il Podestà di Parenzo Marco Micheli, li Officiali, il Consiglio ed il Comune di Parenzo.

(Da copia nell' Archivio domestico dei Marchesi Polesini).

In nomine Dei aeterni Amen. Anno a nativitate ejus millesimo ducentesimo septuagesimo, Indictione decimatertia. Exemplum unius confirmationis Sententiae Excommunicationis, et Interdicti, latae per venerabilem Patrem D. Othonem Dei gratia Episcopum Parentinum contra Nobilem Virum D. Marcum Potestatem Judices, Officiales, Consilium, et Commune Parentii, confirmatae per D. A. Decanum, et per totum Capitulum S. Aquilejensis Ecclesiae, tenor cujus talis est: Venerabilibus in Christo Patribus Tergestino, Justinopolitano, Polensi, et Aemoniensi Dei gratia Episcopis A. Decanus, et Capitulum Sanctae Aquilejensis Ecclesiae salutem, et sinceram in omnibus charitatem.

Si ex unius laesione membri corporis compago tota concutitur, non possumus non sentire dolores varios, et multiformes angustias, quibus Ecclesia Parentina S. Sedis Aquilejensis membrum honorabile indesinenter afficitur, et crudelitate nimis impia cruciatur. Clamat enim ad nos plena gemitus et suspiriis, querelas graves eructans, et maxillas ejus macerans profluvies Lachrymarum, ut sibi tandem post tribulationes, et conquassationes innumeras, velut in naufragio positae, salutis necessariae tabulam porrigamus. Sane venerabilis Pater D. Otho Episcopus, et Capitulum Parentinum querelatus Nobis noviter insinuationes monstrarunt, quod Nobilis Vir Marcus Michael, qui pro Potestate Parentii se gerit, Dei timore postposito, et Ecclesiastica reverentia retrojecta, ac si usurpare sibi velit potestatem illius, qui per os Malachiae Prophetae praecepit in Horreum suum, quod est Ecclesia, omnem Decimationem inferri, nuper inaudita perfidia prohibuisse dicitur publice in Civitate Parentina, ne quis eidem Episcopo, et Capitulo Parentino Decimas aliquas solvere, seu dare praesumat, Possessiones, et proprietates, ac jura Ecclesiae Parentinae alienat, et vendit pro suo libito voluntatis, non attendens, quod Laicis quantumcunque Religiosis nulla de rebus Ecclesiasticis disponendi est attributa potestas, quodque qui ad invasionem rerum ecclesiasticarum impia crudelitate crassantur, districtione sunt canonica feriendi. Quare dicti Episcopus, et Capitulum Nos excitarunt instanter, ut cum idem Episcopus propter haec, et alia multa, quae praefatus Nobilis in enormem laesionem, et grave praejuditium eorum, et ejusdem Ecclesiae attentare praesumpsit, in praedictum nobilem, judices, et officiales suos, et in Consilium Parentinum,

competenti monitione praemissa, excommunicationis Sententiam promulgarit, eosque excommunicatos nunciarit, ac Civitatem Parentinam supposuerit ecclesiastico Interdicto, Sententiam hujusmodi, datam per eum, ratam haberemus et firmam, ipsamque usque ad satisfactionem condignam mandaremus inviolabiliter observari. Nos igitur praedicta silentio claudere nequientes, Paternitatem vestram rogandam, monendam per praesentes duximus attentius, et hortandam vobis, et cuilibet vestrum, cum reverentia tamen, firmiter injungentes, quod supradictos Nobilem, Judices, Officiales, et Consilium singulis diebus Dominicis et Festivis, pulsatis Campanis, et candellis accensis nunciantes excommunicatos publice, et facientes ab aliis, in Locis quibus expedire videritis, solemniter nunciari dictas excommunicationes, et Interdicti Sententias observari, usque ad satisfactionem condignam, inviolabiliter faciatis.

Dat. Utini VI exeunte Augusto, Ind. XIII. Exemplatum et auscultatum est hoc exemplum de verbo ad verbum quinta die intrante Septembris in Civitate Parentina in Domo Dominae Diambrae; praesentibus D. D. Presbytero Egidio, et Diacono Baldachino, et Dominico et Ungaro Subdiaconis Canonicis Parentinis, at aliis.

Ego *Albertus* Imperiali Auctoritate publicus Notarius hoc exemplum de verbo ad verbum exemplavi nihil addens, vel minuens, praeter punctum, vel syllabam, propter quae Sententiam mutari possit, in forma Instrumenti fideliter reducendo.

Auscultata per me *Joannem Evangelistam Mengolum* Notarium Ravennae.

Marchese G. P. dei Polesini.

Nell' anno 1270 la Sede Patriarcale Aquilejese era vacante, ed interveniva per ciò il Decano ed il Capitolo di quella Chiesa. La causa per cui seguiva la scomunicazione e l' interdetto era cominciata tosto pubblicata la Pace di Costanza; il Vescovo di Parenzo aveva il dominio di tutto l' agro proprio della città, che dicevasi donato alla Chiesa parentina da Madonna Azzica Contessa degli Istriani, il che dovrebbe essere avvenuto intorno il 1040, dalla quale i Vescovi di Trieste avrebbero avuto Calisedo detto poi Giroldia; da Re Ugo avrebbero avuto i Vescovi parentini le Castella al margine del distretto amplo di Parenzo. Il Comune di Parenzo pretendeva di essere lui il domino dell' agro proprio e ne era uscita questione risolta da Marchese Bertoldo che diede causa perduta al Comune. Questo dominio portava la proprietà di quanto terreno non era diviso nè assegnato, di tutto quanto era pubblico, aque, torrenti, spiaggie; e portava il dominio diretto delli terreni divisi ed assegnati, cioè a dire della proprietà privata che consisteva nella percezione delle decime terrenarie, e nel diritto di devoluzione dei terreni medesimi, in caso divenissero vacanti. Il Giudicato di Marchese Bertoldo non troncò le questioni rinnovate ad ogni tratto. Tre anni prima della Carta presente il Comune di Parenzo per sottrarsi alle armi dei Capodistriani che lo volevano soggetto, s' era dato ai Veneziani, il che secondo il gius pubblico di allora poteva farsi, e le pretese del Comune crebbero, come cresceva la dignità del Comune. In quest' anno 1270 il Comune costruiva proprio palazzo, ed appena possiamo dubitare colla torre e colle campane, segno visibile di autopolitia.

K.

Tipografia del Lloyd Austriaco.

1270, 15 ottobre: Gemona. Mino di Gemona è chiamato a giurare che non può pagare l'imposta.

64

A. D. MCCLXX, ind. XIII, die XV intrante Octubris, presentibus D. Ulvino, Megrardo Walangine, Vida Tosse de Glemona et aliis.
Placuit Iacobo Visini Rectori Glemone et Consiliariis eius, deinde loci licet Mini Barufaldini modo solvat Comuni cultam sibi positam secundum positionem centenarii videlicet XL denariorum aquilegensium, quod sibi non sit preiudicium quamvis pater eius Barufaldinus cum ipso Minio in dicta culta habuisset positus ad solvendum, salvo quod ipse Minius teneatur per suum sacramentum iurare quod possibilitatem eius non tantum respondat quod sibi est positum in dicta culta.
Actum in domo Comunis Glemone.

Dagli atti di Giacomo Nibissio notajo di Gemona. Arch. Not. Udine.

...ne di Gorizia

...confessioni
...e Steffano
...(633)
...dire al lari
quello da lui
...quileja
...Roppello
...fficina
...se fra
...Di prati
...mune di
...(Nadacc. Bianchi)
...rendite
...mansionario
di Aquileja
...ale nel lari
...re quella chiesa
...ani che
...ari Imperiale
...i

competenti
catos nun
modi, dat
mandarem
vestram r
vestrum,
et Consili
ciantes ex
nunciari
condignan
I
plum de
nae Diam
Ungaro S
E
exemplavi
mutari pc
A

Nell'
jese era
ed il Cap
seguiva l
minciata
Vescovo
l' agro pr
Chiesa p
degli Ist
torno il
avrebber
Re Ugo
Castella
Il Com
domino
risolta
duta al
prietà d

65

Repr. e vedi Prog. l'aggiunta d. S. Antonio

1270 circa? .. Gli Abati di Toplica e di Landstrass in Carniola fanno testimonianza che l'Ospitale di S. Antonio di Bovikrak arricchito di beni dai Patriarchi d'Aquileja, è proprietà del Monastero di Viktring.

Universis Christi fidelibus precipue tamen sancte ecclesie patribus et prelatis de Thoplica et de fonte sancte marie apud Landestrost abbates Cysterciensis ordinis salutis perpetue optionem Ad totius dubietatis scrupulum auferendum super donatione facta in quodam hospitali nomine Potkekrakke sanctique Antonii in Carniola et quibusdam decimis novalium montis Liobel que singula data sunt per venerabilem Berhtoldum patriarcham dive recordationis monasterio victoriensi in Karinthia sicut in litteris donationis eiusdem et confirmationis per Gregorium patriarcham successorem suum in ecclesia Aquilegiensi, et illustris viri ducis Worlici Karinthie ac domini Carniole cognovimus fide oculata scripta singulorum nostris manibus pertractantes in ..., ... presentibus veritati testimonium in nostram animam perhibemus videlicet quod ex supradictorum nobilium et aliorum prelatorum qui eidem donationi interfuerunt veraciter nobis constat quod hospitale ante dictum et decimas montis Liobel abbas et conventus victoriensis tenentur canonice possidere. Unde quia instrumenta super talibus donationibus confecta vix sine timore et dubio in tractatibus et placitis proferuntur vel etiam ostenduntur ad petitionem abbatis monasterii memorati presentem cedulam scripsimus roboratam nostrorum munimine sigillorum si necesse fuerit in causis et placitis exhibendam.

Sono attaccati due sigilli ovali, il primo coll'abate la cui sinistra tiene in mano un libro e la destra il pastorale ed intorno in caratteri gotici Sigillum. Nell'altro sono le stesse figure colle parole

Da pergamena originale nell'Archivio della Società Storica Carinziana. Edito nell'Archivio Carniolico di Francesco Schumi. Gennajo 1882. in Lubiana

de' Conti di Gorizia

... alle possessioni
... Aquileja e Stefano
... (Aq. al 633)
... di obbedire al Capi
... e a quello da lui
... d'Aquileja.
... Bold e Poppeto
... la prossima
... differenze fra
... certi prati
... al comune di
... bevella (Racc. Bianchi)
... de le rendite.
... a mansionario
... Felice d'Aquileja
... imperiale nel Cas
... erbare quella chiesa
... Goriziani che
... Vicari Imperiale
... olari.

competent
catos nun
modi, dat
mandaren
vestram
vestrum,
et Consil
ciantes e
nunciari
condigna

plum de
nae Dian
Ungaro

exemplav
mutari p

Nell
jese era
ed il Ca
seguiva
minciata
Vescovo
l'agro p
Chiesa
degli Ist
torno il
avrebber
Re Ugo
Castella
Il Com
domino
risolta
duta al
prietà

Fasc: VII

an: 1188 – 1574

Varj Diplomi pei Vicariati Imperiale e de' Conti di Gorizia (poi Arciducale) nel Capitolo di Aquileja.

1188.... Aquileja - Il Patr. Gottifredo sanziona l'accordo sulle possessioni e feudo di Mellaredo tra Wittimaro Ab. della Belligna e Stefano di Duino e Diemotta jugali e figli. (V. Rubeis M. Ec. Aq. col 633)

1228. 12 Gen.° ... Roprecto d'Arcano da promessa (vadia) di obbedire al Capitolo di Aquileja in ciò che risguarda le ingiurie a quello da lui fatte

1228 6 Febb.° Aquileja. Gli arbitri eletti dal Capitolo d'Aquileja nelle differenze fra questo ed i fratelli Bertoldo e Roprecto di Arcano, differiscono il loro giudizio fino alla prossima Domenica Laetare.

1238. 7 Giugno - Aquileja. Nomina di arbitri nelle differenze fra il Capitolo di Aquileja ed Artuico di Castello per certi prati e selve estirpate.

1256. 7 8tt.° Aquileja - Il Capitolo di Aquileja concede al comune di Marano di essere governato da Consoli. (Fambenelli dicc. Bianchi)

1351. 17 Aprile - Aquileja - Il Capitolo di Aquileja concede le rendite di un maso in Bagnaria a Giovannino di Verona mansionario di quella chiesa.

1351. 12 Giugno - Aquileja. Il Capitolo collegiato di S. Felice di Aquileja elegge un canonico.

1357. 27 Febb.° Soffumberg. Il Patr. Nicolò intima al Vicario imperiale nel Capitolo di Aquileja di dover abitare in Aquileja e frequentare quella chiesa.

1574. 9 Sbre. Venezia. Sentenza del Patr. d'Aquileja Gio. Grimani che conferma quella del Capitolo di Aquil. che esclude i Vicari Imperiale e Arciducale di votare nelle radunanze capitolari.

1183 7 8bre ottobre Inditione seconda

Si vede in bergamena esistente nell'Archivio d'Aquileia quale nō si puol leggere perche l'inchiostro è smaritto

BERTOLDUS Vicarius Dni Patriarche

IOANNE Ptr Vicarius Dni COMITIS

Ex Archivio Aquileiensi in Pergamena signato Tomo E. N. 32

1188. ... Aquileja. Il Patr. Gotifredo sanziona l'accordo sulle possessioni e feudo di Mellaredo tra Witmaro Abate di Belligna e Stefano di Duino, e Diemota sua moglie e figli.

Rubeis, M. E. A. col. 633 per ext.

Gottifredus Gratia Dei Sanctae Aquileiensis Patriarcha. Dilecto fratri Witmaro Belliniensi Abbati, et successoribus suis Canonice substituendis in perpetuum. Congruum videtur, et sanum, ut quoties questiones sedantur, et Lites, ita precaveatur in futurum, ne sopite discordie memoria deleatur et pereat, et malorum versutia occasionem inveniant vel materiam resurgendi. Cuius rei Causa Nos Gottifredus memorate Sedis Patriarcha Universis Christi fidelibus et eiusdem sedis presentibus et futuris notum esse volumus, quod cum dilectus fidelis Noster Stefanus de Duino, dilectum fratrem Nostrum Witmarum Belliniensem Abbatem super tota proprietate, quam Ecclesia sua habet, vel alius per eam in Villa, que dicitur Mellaretum impeteret, et inquietaret inter se tandem amicabiliter composuerunt et ipsam nobis compositionem confirmandam presentarunt. Fuit autem compositionis hic tenor. Memoratus Abbas dedit Stefano iam dicto Decimam quam Bertoldus de Floiano sub annuo censu ab Ecclesia Belliniensi visus est habere. Dedit insuper eidem quinque Marchas et indulsit, ut si prefatus Stephanus apud Adelbertum eiusdem Ecclesie Vassallum, vel apud aliquem alium ab ipsa Ecclesia consimile feudum habentem obtinere posset, ut [illegible] Ecclesie resignaret idem feudum Stephano predicto de consensu eo Iure quo resignans habebat. Stephanus pariter cum Uxore sua Adelmota, et filiis Conone, videlicet Oscalco, Henrico, et Ugone tunc presentibus resignavit, dedit, concessit eidem Abbati, et Ecclesie sue si quid Iuris in prefata proprietate habebat, ita quidem, quod nec ipse Stephanus nec heredes eius hoc aliquo tempore repetere possint vel contra factum illud aliquo modo venire aut Ecclesiam ipsam super hoc fatigare. Ut igitur Compositio, seu Conventio ista rata permaneat, et perpetue firmitati nitatur, hanc inde

Paginam

Paginam fieri Jussimus Nostrique sigilli impressione muniri

Cuius Rei testes fuerunt. Romulus Concordiensis Episcopus, Waleonus Rosacensis Abbas, Conno Andreas Capellani, Eliseus, Vor=
=Cius de Circulo, Joannes Nespolas Aquilejensis Canonicus,

Vide cod. Rubeo p. 634. PERTOLDVS Vicarius, Dominicus Sacerdos de Sancto Joanne, Vanandus, Vorlius Can. Sancti Felicis, Federicus de Caunaco, Lodovicus Minor de Lauriano, Henricus Glemona, Herboldus de Berthetain, Jacobus de Butrio, Marchoaldus Heboldi filius, Bernahardus de Cuclania, Bernahaldus et henricus de Iveliano, Almericus de Castro Novo, Joannes de Porvis, Hartemode, Viscalculus Civitatensis, Volcherus de de Rotorbo, Tomas Nespulus, stephanus, Lazarus, et Rainar=
=dus Cives Aquilejae et alij quam Plures.

1188 Actum Aquilejae in maiori Curia Anno ab Incarnatione Dni Millesimo centessimo octuagessimo octavo Indictione sexta

L. N. Aldericus supradicti Dni mei Patriarchae Notarius de mandato ipsius hanc paginam scripsi sigillavi et dedi

Ex Archivio Aquilejensi in pergamena signata ...

R. N. VI

In nomine Domini Amen. Anno Domini Millessimo CCXXVIII duodecima die intrante mense Januario Ind.

1228, 12 Gen. ... Rispetto d'acquisto ... (?) di Abbadia ... d'Aquileja ... ingiurie a quello de' fattesi VI. Praesentibus Dno Dominico Decano Sancti felicis, Leonardo Can. Sancti felicis, Petro Sacerdote de Monasterio Dnarum Bonono Sacerdote de Sancto Sisto VITVS Vicarius Dni Patriarchae, Henrico subdiacono, Conrado de Porvis, Bertoldo de Sancta Maria, et alijs. Dominus Ropertus de Fricano

dictus

Sedit uadicauit Domino Corrado Decano, et Capitulo Aquileg. de omni Iniuria illata Capitulo, Actis, dictis siue factis usque in hunc diem, et eorum mandato stare et obedire omni tenore sub pena C marcarum, Promisit huius facti fideiussores existere Dnus Leonardus de Tricano, et Dnus Conno eius frater

S. N. Ego Conradus Imperialis Aule Notarius hiis omnibus interfui et Iussu partium hec omnia scripsi, et corroboraui.

~~Ex~~ Archiuio Aquileiensi ex Pergamena signata

~~ad Vradel~~ R. N. XXX

In Nomine Domini Amen. Anno Natiuitatis eiusdem Millmo CC VIII. Ind.^e Prima, Die sexto Mensis februarij. Imperante Domino ... secundo Imperatore. Aquileg. in Dormitorio Canonicorum. In Presentia Domini Moretti Ebri, Ottonis ... Andree filij Dni Iacobi, Petro de Sancta Maria de Meseretto Rainerij fratris Domini Wolfardi sclauizi, et aliorum plurium testium rogatorum. Dominus Eppo Prepositus sancti Petri de Carnea, et Dnus Detingus prepositus sancte felicit. Aquileia, et Dnus Conno de Osof, et Dnus Bertoldus de Medea milites Arbitri a Capitulo Aquileg. Electi ex parte una, ac Dno Bertoldo de Tricano, et eius fratre Dno Roperto ex altera super Lite, que uertebatur inter eos de Aduocatia Ville de Rippis, prefatis partibus in eodem Loco existentibus ipsis super dedit causa terminum in proxima Dom.^ca Letare Ierusalem Ventura

1228, 6 Febr. Aquileja ... Gli arbitri eletti dal Capitolo d'Aquileja nelle differenze tra questo ed i fratelli Bertoldo Roperto di Tricano, differiscono il loro giudizio fino alla prossima Domenica Laetare.

I. S. Ego Romanus. Imperiali auctoritate Notarius hiis interfui, ut supra Legi, Ideo rogatus scripsi, et publicaui

Ex Dom.^co Notario q. Danielis de Glemona

Tomo, 7.º @ 183^c ~~...~~

In nomine dei eterni Amen. Anno Dni Millmo Ducentessimo trigessimo octauo. Inditione undecima die septimo intrante Iunio. Acta

1238, 7 giugno. Aquileja. Nomina di arbitri nelle differenze tra il Capitolo d'Aquileja ed Ardrico di Castello ...

Actum Aquileg. in Presentia SIBOTONIS Vicarij DOMINI IMPERATORIS, mathie militis Aquileg, henricii Mil. de Ioaniz, Ranzonis Militis de Iamnicho, Raineri Nipotis Luponsi Prepositi sancti Felicis, Belvandi Camer. Domini Patriarche et aliorum ... quedam lis, et questio vertebatur inter Capitulum Aquileg. ex una parte, et Artuicum de Castello ex altera super quibusdam pratis, et silvis extirpatis et non extirpatis ... et devenerant quod Capitulum et dictus Artuicus de comuni voluntate in Arbitros compromiserunt, ac ipsos comuniter elegerunt videlicet Dominum Leonardum Decanum Aquileg. et Dnum Leonardum Thesaurarium Aquileg. ecclesie promittentes sub pena centum marcharum denariorum Aquilegensium memorare et firmum habere in perpetuum quidquid dicti Arbitri supradicti fuerint Arbitrati, et non contravenire aliqua Ratione, vel occasione, et quecumque pars contra Arbitrium quod fuerit arbitrati ire attemptaverit alteri parti in pena predicta centum marcharum teneatur. Arbitrium nichilominus firmum et ratum habeatur perpetuo.

S. N. ego Philippus sacri Palatij Notarius interfui, et rogatus scripsi

Ex Archivio Aquileien. in Pergamena signato ~~ad Verbum~~ F. N. 21, ~~sive in Pergamena Triestina~~

1256, 7 Feb. Aquileja. Il ... del ... Capit. conced. al Com. di Marano ... Ex. Bianchi 1044

In Nomine Domini Amen. Anno eiusdem Nativitatis Millesimo Ducentesimo quinquagesimo sexto Inditione quarta decima Die septimo Intrante Februario. Presentibus PETRO Vicario COMITIS GORITIE, henrico Nicolo mansionario Aquileiensi, Canello ... Tomeo Civitatensi et alijs. Senerus de Cigna de Marano ... et Procurator Comunis Marani presentavit et dedit quasdam Litteras apertas Domino Aquino Decano et Capitulo Aquileiensi ex parte dicti Comunis de Marano integras, et illesas sigillo predicti Comunis

predicti Comunis sigillatas quorum tenor talis est. Honorabilibus Dominis suis Decano, et Capitulo Aquileiensis Ecclesie Comune de Marano servitium sue divotionis. Universitati vestre notum facimus per presentes Nos pro bono statu Terre, et hominum de Mariano constituisse venerum, Dominicum, Simonem, et Andream eiusdem Loci Nostros certos Nuntios et Procuratores ad petendum à Vobis de Gratia non de Iure Regimen Consulum in Terra Mariani pro presenti anno, promittentes ratum, et firmum habere quidquid dicti Procuratoris in predictis duxerunt faciendum; quas procurationis litteras presentatas dictus Decanus pro se, et Capitulo recepit, et ipsorum procuratorum petitionem pro dicto anno petito admiserunt de gratia speciali, cum ad hoc dicti Procuratores nihil Iuris, interogati responderunt se habere. Actum Aquileie in Capitulo maioris Ecclesie

S. N. Ego Villemus tertius Sacri Imperij Notarius interfui, et rogatus scripsi et roboravi.

Ex Protocollo Iacobi à Buri Man. Aquile 1351

Bollo Patriarchali del Vicariato ad Arnaldo di Roaris Pievanno d' Aiello ✝

1351, 17 apr. Quietanza del Capitolo di Aquil... fatta dello vendita di un manso a Bagnaria ... da Varrio Mansionario della Chiesa

In Protocollo dicti Iacobi à Buri Mansionarij signato ✝

Die, 17, Aprilis in maiori Ecclesia Aquileiensi Presentibus discretis Viris Simonino et Filippussio de Aquilea Amilotto de Cucanij QUIZOLINO Vicario Dni COMITIS GORI in Ecclesia Aquilej Ven^di^ Viri Dnus Ambrosius della Tur.. Vicedecanus, Guilhelmus Iannini Saueri, Ioannes de ... Philippinus de Sarra, et Iacobus de Parma Can^ci^ d. Aquileiensis Ecclesie ad Capitulum more solito Congr. facientes et rapresentantes Capitulum, et tanquam Capitulum dicte Ecclesie contenti et confessi fuerunt, quod quemdam mansum quem dictum Capitulum emerat à Nobile Viro Dno Henrico di Stratoldo situm in Bagnaria, illum mansum emerat de pecunia Ioannis

de precunio Dni Joannini de Verona Man. Aquilegensis pro una parte de scriptione manu mei Notarij, quapropter nolentes dicti Domini Can. et Capitulum benefacientes ecclesie Aquilejensis exempla mala prebere, ut cultus divinus per Clericos sustentionem augeatur eidem Joannino concesserunt fructus, et redditus ac usum fructum et mansi ad vitam suam, proprietatem tamen ipsius mansi eidem Capitulo totaliter remanente. Insuper contentus fuit idem Joanninus quod dicta proprietas mansi sit, et perpetualiter esse debeat ipsius Capituli, dans etiam, et donans dictum mansum et proprietatem et omnia et singula Jura, que super manso habet, vel habere potest Capitulo predicto, ut post mortem ipsius de ipsius mansi redditu valeat facere pro ut in suo ultimo testamento duxerit ordinandum, ita quod post mortem ipsius ipse mansus integre et absolute cum omnibus et singulis Juribus, Jurisdictionibus suis libere cedeat Capitulo memorato cum omnibus fructibus et omnibus que ex ipso percipientur, et cum omnibus Juribus pascuorum, nemorum, et omnibus ad ipsum mansum spectantibus et pertinentibus. Promittens dictum Capitulum concessionem fructuum predictorum, et omnia, et singula in hoc instrumento contenta firma et rata habere; Et propterea promisit idem Joanninus dationi, et donationi de dicto manso prefato Capitulo facte ut premittitur et omnia et singula in presenti Instrumento firma habere, et non contrafacere sub pena dupli valoris dicti mansi et obligatione omnium suorum bonorum litis et expensis Renuntians omni meliori modo.

Ex eodem Protocollo signo ✠ dicti Jacobi A Sutore Man. Aquilegensis

351, 12 giugno Aquileja. Il Capitolo di S. Felice elegge un Canonico.

Die, 12, mensis Maij. Aquileg. in Choro ecclesie sancti Felicis de Aquileg. Presentibus Venerabilibus Viris Domino GRATIANO de Aurona Vicario Dni Dni NICOLAI dei Gratia sancte sedis Aquileiensis Patriarche in Ecclesia Aquileiens. Domino GUONZOLINO Vicario Dni COMITIS Goritie Vicario in EADEM Ecclesia, Dondono de Papia liberali de

de Aquileia quondam dicti ecclesie ac Presbitero Petro de Cesena Ca=
=pellano Prebendato in dicta ecclesia testibus et alijs. Venerabiles
viri Dominus Presbiter Henricus de Padua Decanus, ac Daniel de Aqleia
Canonicus ecclesie sancti felicis de Aquileia ad Capitulum in eadem
ecclesia congregati facientes, et representantes totum Capitulum super
infrascriptis specialiter congregati, et tanquam Capitulum dicte ecclesie
cum aliquid eandem alij non essent dicte ecclesie presentialiter residentes
omni modo aut forma quibus melius potuerant ipsos nomine
nemine discrepanti unanimiter et concorditer, Dei nomine
Inuocato elegerunt Nicolaum dictum Primum q. magistri
stefani . . . . hantes Aquileie in eorum et dicte ecclesie sancti
felicis Concanonicum atque Confratrem ad Canonicatum et Prebendam
in dicta ecclesia uacantem seu si quod primum Vacauerit ipsum
ut moris est in eorum, et dicte ecclesie Concanonicum et confratrem
pacis osculo receperunt alia quidem omnia facientes ut in hijs
est fieri consuetum: de quibus rogatus fui ut inde Publicum
conficere Instrumentum et omni meliori modo

ex nobis Gubernini Notarij tempore pere Nicolai Patriarche

1357 24 Feb. Siffumberg. Fol. 31 Patr. Nicolò intima al Vicario Imperiale nella Canonica di Aquileja di dover abitare in Aquileja e frequentare quella chiesa.

Nicolaus de Boemia sancte sedis Aquileiensis Patriarcha
Dilecto Nobis in Christo Michaeli Vicario SERENISSIMI
Domini Nostri Romanorum IMPERATORIS in ecclesia Aquileiensi salutem in Domino.
Quia dictus Dominus Imperator Vicariatum suum in nostra Aqleiensi
ecclesia, cum tibi commisit, ut pro eo diuinum offitium deberes
assidue dicere, in ecclesia ipsa, non autem deberes te absentare
sicut hucusque fecisti Canonice ab eadem. Nos super hoc tam
intentioni Domini IMPERATORIS prefati quam anime sue saluti
prouidere debite cupientes te presentium tenore citamus requirimus,
et monemus quatenus usque ad decem dies a presentatione tibi facienda
presentium computandos, quos tibi pro duobus edictis, et uno peremptorio
ac monitione Canonica assignamus, te personaliter transferas ad dictam
ecclesiam supradictam facturus apud eam pro ut teneris continuam
residentiam personalem, et alia quae tibi tanquam Vicario

arcedia

praedicti inhibitionis debite faciendae; Alioquin te Canonica monitione praemissa ad privationem dicti Vicariatus, et alia Juris remedia procedamus quemadmodum Justitia suadebit. Has autem litteras ad Cautelam fecimus registrari, de quarum praesentatione relationi Jacobi cursoris nostri Jurati Nuntii dabimus plenam fidem. Datum in Castro Novo Saffumberg die 27 mensis Februarii Ind.e Decima.

Ex libro deliberationum Rev.mi Capituli Cooperto Corio incipit 1560 usque 1574 @ 166 — tergo

Veneris, 22 mensis octobris 1574

Utini Rdo Dni Marii Asulani, rodogus, Labotantis, congregatis in eius Datum ad petitionem.

Utini

Sententia ut supra exibita talis

1574, 22 ottobre

1574 9 ottobre. Sentenza del Patriarca d'Aquileja Giovanni Grimani che conferma quella del Capitolo di Aquileja che esclude i Vicari Imperiale ed Arciducale di votare nelle radunanze capitolari.

In nomine Christi eiusque Gloriosissimae Matris semper Virginis totiusque Curiae celestis Amen. Nos Joannes Grimanus miseratione divina Patriarcha, et Princeps Aquilejae. Cum ad aures et notitiam nostram pervenerit, quod Vicarius in temporalibus Dni Capitanei Gradiscae assito eiusdem D. Capitanei Cancellario Laico Aquilejam accesserit, Ibique in nostra cathedrali Patriarchali Ecclesia convocato Can.rum nostrorum Capitulo, ausu temerario nullam habens auctoritatem, laicusque existens, importune instetent per ipsos Capitulum et canonicos concedi debere Vicariis nuncupatis Ser.mi Imperatoris, Atque Ser.mi Archiducis Caroli tanquam Comitis Goritiae, ut eis liceret auctoritatem haberent ferendi suffragia, et ut dicitur vocem habendi in Capitulo prout ceteri Can.ci Capitulum habent, et quoniam petitio talis facta fuerit quoad rem ipsam praeter et contra antiquissimam Consuetudinem, cum nullo unquam tempore Vicarii ipsi habuerint vocem in Capitulo

in Capitulo predicto, et quo ad Vicarium ciusdem Capitanei Gradiscae contra Ius et formam Sanctorum Canonum, Nos a Patriarcha, et Iuris medijs talia sedando, et requirendo fuissent modo. autem à Canonicis ipsis nullam auctoritatem habentibus talia concedendi, Cumque ad eandem Notitiam Nostram pervenerit Dd. Capitulum, et Canonicos, forma prius per eos aliquo ... resistentia consensum prestitisse, ut Vicarij sd. vocem ipsam haberent, in ipsoque Capitulo ad votum imposterum admitterent; Vicariumque ipsum minus interventum semper una cum ipsius Cancellario ... in ipso Capitulo extitisset, nec ... esse ipsos Canonicos recursum ad Nos vel ad Vicarium Nostrum habuisse; Immo mala malis addendo eosdem Canonicos ad suffragia ferenda manifesto contra antiquam Consuetudinem Coegisse, sumpta votorum nota per ipsum Cancellarium; unde cum ad Nostrum Patriarchale munus his malis spectet, quantum in Deo possumus Providere; Devenerimusque super omnibus hi processum formare. Vnde visis litteris prius Adm. Domini Petri Aleandri Canonici et tunc V. Decani de premissis omnibus notitiam dantibus; Visis litteris Monitorialibus et Citatorialibus antea per nos decretis contra Decanum, et Canonicos, et Capitulum ipsius Sanctae Aquileiensis Ecclesiae diei primi februarij proxime decursi ... earum executione, Visis quibusdam actis post ipsarum litterarum monitorialium executionem in ipsorum Contumaciam factis, Visis litteris executorialibus diei 19 martij immediate ciusdem Adm. Decani Canonicorum et Capituli ... Visis alijs litteris sequentis ... presentatis tenoris ut in eis; Visis litteris Monitorialibus secundo, et tertio per nos decretis contra ipsum Capitulum sub diebus 9 et 26 mensis Augusti proxime preteriti cum contentis in eis una cum ipsarum litterarum executionibus; Visis litteris eorumdem Dd. Decani, Canonicorum, et Capituli diei 4 Settembris proxime decursi nobis directis et presentatis per Rdos. Dd. Nuncios per dictum Capitulum creatos et deputatos tenoris ut in eis, Visa comparitione dictorum Rdorum Nunciorum ... verba ipsorum Capituli, et Canonicorum proponentium; Visis eorumdem nunciorum Constitutis depositionibus sumptis in scriptis pro meritis nostrae Informationis

Visis Constituto

constitutio, sive depositione in Vicarium liberationis Hottrano remissoriales facta per R.dos Vicarium et Cancellarium Can.cis Aquileg. sub die 22, 7bris proximi decursi ad contenta in eo. Visis denique omnibus videndis, et consideratis in primis facto temerario ipsius Vicarij magi Capitanei Gradiscę et eius Cancellarij Lacovae, Considerato quod supradicta omnia in casu premisso sunt de Iure non tantum corrigibilia, sed Damnabilia, cum sint contra formam sacrorum Canonum, Concilij Tridentini ac Bullę in Cena Domini; Nec non in spretum Patriarchalis Ecclesię Auctoritatis, dignitatis et libertatis, et contra bonos mores, considerato quod Nedum privatę Personę seu Principum ministri, sed etiam Principes ipsi seculares quavis dignitate fulgentes semper a rebus sacris suas manus abstinuerunt, et cohibent; considerato etiam quo ad Can.cos ipsos, et Capitulum nullo pacto, neque per suffraggio, neque extra voce fuit scripturis. Vicarijs sacri Imperatoris, et Ser.mi Archiducis prefatus assensit, ut ad suffraggia ipsa ferenda admitteren, Immo quidquid per Vicarium, et Cancellarium factum extitit factum esse potius ipsis dissentientibus quam annuentibus, considerato etiam et de supradictis, quae perperam et inique facta sunt, Nihil per Cancellarium ipsius Capituli in libro rerum Capitularium scriptum notatum sunt, consideratis omnibusque alijs merito considerandis; Christi Nomine Invocato de Iurisperitorum consilio difinitivam sententiam in his scriptis ferimus, videlicet; Quia quo ad Capitulum predictum Cathedralis Ecclesię nostrę Aquileiens. predictę, dicimus, pronuntiamus, et sententiamus ipsum absolvendum fore et esse tanquam non culpabile repertum pro ut ipsum absolvimus et liberamus, precipiendo, et mandando eisdem Decano, Can.cis, et Capitulo, et eorum successoribus sub excommunicationis nec non privationis omnium suorum Beneficiorum, ac Generalis interdicti respective aliisque

Arbitrio

Arbitrio pro modo culpæ imponendis moderandis, et aplicandis pœnis ipsoque facto incurrendis contravenientibus, Ne dictos Vicarios, eorumque successores ullo quæsito colore ratione vel causa ad interessendum Congregationibus, et ferenda suffragia, et dando vota in ædibus eorum, dictisque Ecclesiæ nostræ Capitularibus, ad locaque sive in choro sive alibi supra Canonicos admittant admittereque presumant. In hac parte confirmantes monitorium Nostrum diei 26 mensis Augusti proxime præteriti. Quoniam ad Vicarium et Vicarium et Cancellarium Domini Capitanei Gradiscæ laicos dicimus, et declaramus omnia per eos, et ipsorum quemlibet acta circa præmissa gesta, decreta, scripta, concessa, tentata, permissa, aut exinde fore et esse nulla, nulliter facta, iniusta et temere et de facto præsumpta, et propterea minime attendenda, sive consideranda; sed quo ad pœnas ipsis ob facinus ipsum perpetratum infligendas, Iustis de causis animum Nostrum moventibus abolimus ipsos divino Iuditio remittentes;

Quo autem ad Particulares Canonicos prædictæ Nostræ Ecclesiæ nec non ad Vicarios ipsos prænominatos reservamus Nobis Ius procedendi contra ipsos, sic et quatenus quandocumque quotiescumque, et quæ et ita dicimus, Pronunciamus, declaramus, et sententiamus, ac servamus ad laudem omnipotentis Dei

Mandantes præsentem Nostram sententiam dictis Decano et Canonicis et Capitulo Intimari, et in Actis Cancellariæ ipsius Capituli Aquileiæ registrari ad perpetuam rei memoriam

Lata dataque et in scriptis promulgata supradicta sententia per præfatum Illustrissimum et Reverendissimum Dominum Patriarcham et Principem pro Tribunali sedentem in ædibus Residentiæ suæ apud sanctam mariam formosam venetijs
1574. sub anno Nativitatis Domini Millesimo quingentesimo septuagesimo quarto die nona mensis octobris; Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris et Domini Nostri Domini Gregorij divina providentia PP. XIII Anno eius tertio. Presentibus ad prædicta Reverendo Domino

Joanne

Joanne Ubaldino Can.co Civitaten. et Dno Hieronimo Lurano Dni Superiorib. testib. vocatis ad premissa specialiter requisitis

Locus Sigilli Patriarchalis

Victor de Maphaeis Cancellarius Patriarchalis Aquileien. in fidem propria manu subscripsit

BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE